P.I 61

2
P.I 61

WBP
Opole
3017 81.

PROL. VALE-

rio Flacco, M. T. Ciceronis cum F.
Syluii Commentariis
Oratio.

Venundatur Iodoco Badio Aſcenſio
Sub gratia & Priuilegio ſolitis.

CAutum est auctoritate subregia, ne quisq̃ Commentarios Francisci Syluii Ambiani in Orationes M. Tullii Ciceronis editos aut edendos triennio post impressionẽ primã aut recognitionẽ & auctionẽ eorũdẽ rursus imprimere audeat, aut aliubi impressos diuendere, sub pœna confiscationis librorum impressorũ & arbitraria: præter eum cui eos cõmiserit imprimendos. Commisit autem hos & plures alios Iodoco Badio Ascẽsio: tradito illi diplomate signato manu C. V. Parisieñ. Præfecti.

De la Barre.

Reuerendissimo Domino Ioanni à Lotharingia S.R.E. Tituli sancti Honofrii Diacono Cardinali, Franciscus Syluius S.

QVum me tibi proxime vir clarissimus Ioannes Giuerlæus pręsentẽ cõmendaret, singularis tua humanitas, & qua me & qua alios permultos partim salutatũ te, vt fit, veniẽtes, partim se tibi cõmendantes tum accepisti, mihi perspecta est, vt mihi vere agnoscere viderer Tullianũ illud, quo bene monere dicit eos, qui pręcipiũt, vt quãto maiores sumus, tãto nos summissius geramus. Id profecto est hominẽ esse, humanũ se pręstare. Istius tuę in me humanitatis memorẽ me esse vt cognoscas, mihi visum est antiquissimo atq; nobilissimo tuo nomini dedicare Cõmẽtarios eos quos scripsimus in nobilissimã illã M. Ciceronis orationẽ, qua virũ optimũ & de Rep. optime meritũ L. Valeriũ Flaccũ in familia Romę antiquissima atq; nobilissima ortũ, ex qua tot viri Consulares extiterunt, quot ex alia nulla, repetundarum defendit. Quę oratio licet aliquot in locis, vt alię multę authoris eiusdẽ, iniuria tẽporis corrupta sit, tamẽ versiculi amplius quinquaginta ex codice Germanico restituti sunt, quos iisdẽ Cõmẽtariis quãtũ potuimus, illustrauimus. Hos igitur Cõmentarios tibi nũcupo. Eos quęso tã gratos habe, quam me humane accepisti. Bene vale. Cal. Iuniis Parisiis ex schola Tornaca.

INDEX LITERArum serie in Orat. sequentem.

ABducere vxorē ab marito. 33.
Abire a iudice. folio xxiiii.
Abusq; Tmolo. xxii.
Accessere. vii.
Accipe a Quęstore. 21.
Actionis columē. xix.
Accusator inquirit vitia rei. 7. Ei⁹ tabulæ. folio. xi.
Addict⁹ qui sit. xxiii.
Adramyttiū. 15. 31.
Aedes sacra. xxi.
Aedem reficere. xxi.
Alliget se scelere. xix.
Aliud agere xviii.
Aenum. xvi.
Anni continui. xiii.
Apamea. xxxi.
Aquilij defensio. xliii.
Arā tenens iurat. 39.
Arbor fici. xviii
Arcessere. vi. vii.
Aristobolus. xxx.
Athenięn laus. xxvii.
Aurelii gradus. xxx.
Aurū Hierosolymitanū nō attigit Põpe. 30
Author iniuriæ. xix.
BAcchus Euchi⁹ & Euhi⁹. xxvij.
Bellū cōficere. 14.
Bellū maritimū. xiiii.
Beneficiū deferre. 1.
Bipertito. xv.
CApena. xxxii.
Car & i Care periculum. xxix.
Castus homo. xxxi.
Causa liberalis. xix.
Ceres legifera. xxviii.
Cic. qñ fuit Consul. 1.
Ciceronis de Græcis sententia. v.
Cicero quando scripsit orationes suas. 34.
Cingulum & la. ix.
Circunscribere. xxxiii
Clodius captus a piratis. folio. xv.
Coęptio cōiugis. 37.
Coloniæ. xxix.
Columen actiōis. xix.
Columē & Colūnę 19.
Columellę. xx.
Comesse bona. xl.
Cõpēdium. iii. iiii. Cõpendiaria via. iiij.
Concionem dare. ix.
Conficere pecuniā. x.
Cõficere bellum. xiiii.
Cõficere patrimoniū & pecuniam. xl.
Conficientissima literatum ciuitas. 20. 21.
Consulatū inire. xliiii.
Contemnere. xxi.
Continui anni. xiii.
Cõuictus iudiciis. xx.
Cornici oculū &c. folio. xxi. & xxii.
Corrigia. ix.
Crassus ager. xxxii.
Credere fidei. xxii.
Credita pecunia. xii.
Creta Asiatica. xvii.
Creta obsignare & obsignatę literę. xviii.
Crimen falcidianū. xl.
Crustumium. xxxii.
DA mihi testimoniū mutuum. v.
Damnatus furti. xix.
Dare concionem. ix.
Dare a Sextilio. xvii.
Debitas. xxv.
Decisionis arbiter. 39.
Decisio. xl.
Deferre pręmiū, beneficiū & honores. 1.
Denūciare testi & Senatui. vii.
Deponere inimicitias quid sit. ii.
Derogare fidem v.
Describere sumptū. 16
Despicatui duci. xix.
Detrahit de viuo. xl.
Deuoratū spe. xxv.
Deuorare pecuniā. 26.
Dicere testimoniū. vi.
Diligere. xxv.
Discipulos dimidio stultiores q̄ accepat reddidit rhetor. xxi.
Dissipat⁹ sermo. 7. 40.
Doli mali iudiciū. 32.
Doti dicere pecuniam folio. 38. & 39.
Drachma. xvii.
EDictū dare. 39.
Electi iudices. 2
Elocata gēs. 30.
Elinguis. xi.
Elocatus xxxi.
Enūciare cōsilia. 37.
Ephebus. xxiii.
Epulū dare. xlii.
Erogare. xiiii.
Euchius Euhius. 27.
Extempore. xvii.

FAcēre occasionē folio. xxxv.
Facessere. xliii.
Facite vt recordemini. xxvi.
Falcidianū crimē. xl.
Fici arbor. xviii.
Fex ciuitatū. ix.
Ficus. xix.
Fidem derogare. v.
Fidei credere. xxii.
Fidē liberare. xxiii.
Fide abducere. xxxvii
Fiduciariā accipere. 24.
Fiscina. xix.
Flabellū seditiōis est lingua. xxv. xxvi.
Fœminæ in publicis cōsultationibus. 28.
Plures erāt viris. ibi.
Fœnore occupare pecuniam. xxiiii.
Fraudatores. xxiii.
Frugalissimi Asia tota. xxxii.
Frugalitas & Frugalitas licet nō dicatur frugalis. xxxii.
Fruges inuentæ. 28.
GRad⁹ Aurelij. folio. 30.
Gratiosi homines. iii.
Græcorū fidē vilipendit Cic. v.
Græcorū leuitas. xxvi.
Græcorū tria gña. 28.
Græco more bibere. 41
HEmus. xvi.
Hierosolymanū seu Hierosolymitanū aurū nō attigit Põpeius magnus. xxix. xxx.
Honorem habere alicui & habere aliquē in honore. xxii.
Horę litigātiū. xxxvi.
IMpressio & facere impressionē. 38.
Incensus. xxxv.
Infatuare. xxii.
Inferre sumptū. xxii.
Inficiator. xxiii.
Ingratitudo. xv.
In manum conuenire mariti. xxxvi. xxxvii.
Insidiosus. xxxix.
Intentis oculis. xii.
Iniurię author. xix.
Ire in duplum xxiii.
Iubet populus. vii.
Iudæorū religio 'continētur. xxx.
Iudicare falsum. xxiii.
Iudicatū negare. xxiii.
Iudices electi. ii.
Iudices multi. iii.
Iudiciū de dolo malo. folio. xxxii.
Iudicio persequi & Iudicatū nō facere. 23.
Iudicia p iudicib⁹. 27.
Iudiciū ex edicto dare. folio. xxxvi.
Iudicū tabellę. xliiii.
Iurat tenēs arā. xl.
Iusta. xli. & xlii.
LAcedęmonij. 28
Laodicea. xxxi.
Laudare facili⁹ q̄ æmulari. xxviii.
Lectissimus. ii.
Legationes liberę. 39.
Legati Prętorū. xv.
Leuitas Græcorū. 26.
Lex Sempronia. iij.
Liberalis causa. xix.
Liberare fidē. xxiii.
Licuit te & tibi capere. folio. xxvi.
Lycurgi legibus quot annis vsi sunt Lacedęmonij. xxix.
Lydus seruus. xxix.
Lingua flabellū seditionis est. xxv.
Litare. xli xlii.
Literarū lōgitudo. 17.
MAnū porrigere. viii.
Marcellea festa xxvi. Massilia. xxix.
Matercula. xl.
Matresfamilias. 37.
Mensarii. xxi.
Minerue seu Athenes & Neptuni cōtētio super Athenas noie. 28
Mysorū vltimus. xxix
Mithridatis i Romanos crudelitas. xxvii
Moderatus rei. xxxix.
Mouere nūmum. xxi.
Mulieres sub tutela virorum. xx xiii.
Murena absolutus. 43
NAsica. xxxiiii.
Negare iudicatum. xxii.
Nonę decemb. viii.
Nūmū mouere. xxi.
Nūdinæ. viii.
OBtrectator. 2.
Occupare pecuniā fœnore. 24.

Oculis contẽplari. 12.
Oculum cornici. 21. 22.
Odia virorum clarissimorum causa Reip. deposita. ij.
Olympionices. 14. 15.
Oibus turpissimis. 20.
O nox illa. xliiii.
Operę. xliii.
Oratu. xli.
Orba ab optimatib⁹. fo. xxv.
Orbus & orbat⁹. xxvi
Ostracismus. ix.
Parentare. 43.
Partes primę. 30
Peculatus. xx.
Pecuniã compensari pedibus. xxxi. xxxii.
Pedibus cõpensari pecuniã. xxxi. xxxii.
Periculo nr̃o viuer̃. 18
Pythodorus. xxv.
Plebs scisc'it vii.
Plebẽ amplecti. xx.
Plebiscita. viii.
Plenus ingenii. vii.
Persequi iudicio. 23.
Phryx plagis fit melior. i. dũ vapulat. 29.
Pœnitere recte facti nõ est viri fortis. 45.
Pompeius nõ attigit aurũ Hierosolymitanum. xxix.
Ponere in lucro. 18.
Populus iubet. vii.
Prędit⁹ perfidia. 3.
Prętura vrbana. iiii.
Primę & primus agere. xxx.
Prolectare. ix.
Prolixe. xxxix. xl.
Proscribere rem. 33.
Prouincię tẽpus. iiii.
Psephismata. ii. 33.
Ptolemęi Cyprii bona publicata. xv.
Pudicum esset. xxiiii.
Quæstor & ab eo accipe. 21.
Q. Cicero Prętor. xv.
Q. Metellus Creticus. iiii.
Ratio bona & mala. xlvi,
Receptaculum fo. xiiii.
Receptator locus & homo. xiiii.
Reconciliati amore Reip. 2.
Recuperatores. 6. 23.
Reficere ædem. xxi.
Religio testimonii dicendi. vi.
Res magna dẽphẽdit̃ sępe in minimis. 17.
Romana ciuitas maledicentissima. iii.
Romanorum magnificentia. xiii.
Sciscit plebs. vii.
Sciscere & iubeñ. 8
Scita & Iussa. ibid̃
Secũdũ te iudicare. 24.
Sempronia lex. iii.
Sententiam dicere & ferre. xxiiii.
Sepeliri in vrbe paucis datum. xxxiiii.
Sermo dissipatus. vii.
Sestertiũ vicies, 36.
Sertuata gens. xxxi.
Seruilius Isauricus. 3.
Sylla repetundarum reus. xvi.
Sociũ fallere. xx. & pro socio damnatus. xix.
Sutores. viii.
Tabernarii. ix.
Tabulæ accusatoris. xi.
Tabellę iudicũ. 44.
Tempus prouincię 4
Tergiuersari. xxiii.
Terrę vltimę. xxix.
Testes vbi dicãt. vi.
Testis titubans. xii.
Testimoniũ grecor̃. 5
Testimoniũ dicere. 6.
Testimoniũ dicere q⁹ bus nõ licear. 8. 11. 17.
Tyrãnicidę p̃miũ. xv.
Tmol⁹. 22, Tributũ. 21.
Trallis oppidũ. xxv.
Trinũdinũ. viii.
Tutela legitima. 38.
Valeriae x gẽte cõsules pl̃imi. x
Vectigal. xxi.
Venire in Senatũ. xx.
Ventilata. xxvi.
Viaticũ. 7. Vicari⁹. 4. 5.
Victi nõ sunt dñis grati. xxxi.
Vna vestimẽta. xxxi.
Vnis moribus. xxviii.
Viuũ in emptione. 41
Vltimę terrę. xxix.
Vsus. 38. Vsu habere vxorem. xxxviii.
Viuere piculo nr̃o. 18.
Vocẽ mittere. iiij.

FINIS.

F. SYLVII AMBIANI IN M. TULLII CICERONIS ORATIONẼ LUCULẼTAM, BONA EX PARTE INTEGRITATI RESTITUTAM, PRO CLARISSIMO VIRO L. VALERIO FLACCO.

ARGVMENTVM.

L. Valerius Flaccus ex antiqua illa Valeria familia vsq; a Valerio Publicola repetita, fuit: in qua multi Cõsulares viri fuerũt. Is Prętor factus est Comitiis iisdẽ, quibus M. Cicero Cos. Idem cũ C. Põtinio collega, Ciceronis consilio deprehẽdit noctu ad põtẽ Miluiũ Legatos Allobrogũ cũ comitatu, & literas a coniuratis ad Catilinã & Gallorũ Senatum. Anno proximo L. Murena & D. Syllano Coss. prouinciã Græciã & Asiã obtinuit, eãq; annũ administrauit. Repetũdarũ a Deciano & Lęlio accusatus, primũ a Q. Hortẽsio, deinde a M. Cicerone hac oratione defensus est. Criminũ obiectorũ maior pars testimoniis eorum quos ex Asia secũ & Gręcia Lælius deduxerat, nitebatur. Itaq; tota fere defensio est in testimoniorum refutatione. Suadet iudicibus Cicero, vt anteactę Flacci vitæ, ipsis etiam aliqua ex parte notæ credant potius, quàm ignotorum hominum testimoniis. Scientiam Græcis tribuens iisdem testimonii fidem adimit. Coarguit vitiorũ Flacci in Asia & Gręcia inquisitionem, quam Lælius fecit. Græcorum & Asiaticorum fidem in dicẽdis testimoniis eluat, quod ea corrupta libidine, iracũdia, lædendi cupiditate, precio, periurio dicta sint. Aemonensiũ, Do-

rylenſium,Mithridatis,Heraclidæ,Nicomedis,Lyſanię,Meandrii, Trallianí teſtimonia refutat. Athenienſium,Lacedęmoniorum,Achęorum, Bœotiorũ, Theſſalorũ & Maſſilienſium laudationes Flacci his teſtimoniis opponit. Aſiaticos ex domeſticis eorum prouerbiis nihil habere authoritatis demõſtrat. Accuſatus eſt Flaccus,quod claſſis nomine pecuniã ciuitatibus prouincię imperarit. Id ei licuiſſe, claſſe opus fuiſſe,eamq; nauigaſſe Cicero oſtendit. Aduerſarii verterunt Flacco crimini, quod edicto ſanxerit, ne ex prouincia ſua aurum Hieroſolymam exportaretur, quod ex aliis quoq; prouinciis exportari ſolebat. Id iure factum Cicero defendit. Deciani querelæ de Flacco credendum non eſſe oſtendit, quia is Flacco iratus erat,quod ab eo Prętore damnatus fuerat. nec verum id eſſe docet,quod Flaccũ ſibi iratũ Decianus dixerat. Valeria Andronis Sextilii vxor mortua eſt inteſtata. Flaccum aduerſarii criminati ſunt, quod eius,quæ ſoror erat, hæreditatem Prætor ipſe ſibi vẽdicaſſet. Id iure factũ Cicero contendit. Quod Falcidium Flacco dediſſe talenta quinquaginta aduerſarii dixerint, id Cicero eludit. Concludens per enumerationem & commiſerationem oſtendit Reip. pernicioſum fore,ſi Flaccus damnetur. Cauſa eſt cõpoſita. Genus cauſę iudiciale. Status coniecturalis, qui in omnibus cauſis repetundarum eſſe ſolet. Non longe a gradibus Aureliis hęc cauſa T. Vectio Prętore acta eſt. Iocí opportunitate Flaccum abſolutum eſſe Macrobius in libro Saturnaliũ ſecundo ſcripſit.

M·T·CICERONIS
PRO L. FLACCO ORATIO.

QVVM In maximis periculis huius Vrbis atq; Imperii, grauiſſimo atq; acerbiſſimo Reipublicę caſu, ſocio atque adiutore conſiliorum periculorũq; meorũ,L. Flacco, cędem a vobis,coniugibus,liberis veſtris: vaſtitatem a tẽplis, delubris, Vrbe, Italia depellebam, ſperabam Iudices honoris potius L. Flaccí me adiutorẽ futurum,q̃ miſeriarũ deprecatorẽ. Quod enim eſſet prędiũ dignitatis, quod populus Romanus cum huius maioribus ſemper detuliſſet,huic denegaret?

F. Syluij Ambiani in eandem Commentarij.

QVum in maximis) Pręter ſpem ſuã eueniſſe Cicero dicit,vt L. Flaccus de Rep. meritus optime,a D. Lęlio,optime ſpei adoleſcẽte in iudiciũ vocatus ſit. In maximis periculis). i. quo tẽpore eſſet Catilinę cõiuratio. in qua opprimẽda L. Flaccus Prętor adiuuit Ciceronẽ Cos. Iſq; cũ C. Põtinio Collega Allobrogũ comitatus in ponte Miluio p̃ inſidias dep̃hẽdit. In maximis periculis) Amplificat cõiuratiõis periculũ,vt L. Flacci beneficiũ maius faciat, quo eã adiutore depulit,vt maiorẽ accuſationis indignitatẽ oſtẽdat. Honoris adiutorẽ). i. vt eũ in petitione Cõſulatus adiuuarẽ. Is aũt Conſulatus poſt Prętură geri ſolebat. Miſeriarũ dep̃catorẽ). i. defenſorẽ. in qua defenſione miſerias eius a vobis dep̃carer. Huius maioribus) Nulla,vt arbitror,familia Romę fuit,ex qua plures facti fuerint Cõſules,q̃ ex Valeria. Innumerabiles ex hac familia apud T. Liuiũ inuenire licet. Populus Ro. detuliſſet) Nã populi Rom. ſuffragiis vt alij magiſtratus,ita Cõſules fiebãt. Detuliſſet) deferre p̃miũ dicit,vt deferre beneficium & honores. In primo de Officiis,Quę beneficia æque magna non ſunt habẽda,atq; ea quę iudicio conſiderate cõſtãterq; delata ſunt. Pro Cn.

Valerij Cõſules plurimi.

Deferre prędiũ beneficiũ & honores.

Planco, Ego tibi Laterensis Plancũ nõ anteposui. Sed quũ esset's eque boni viri, meũ beneficiũ poti⁹ ad eũ detuli, qui a me cõtenderat, q̃ ad eũ qui mihi non minus submisse supplicarat. Et pro M. Cęlio, Nam q̃ est obiectum municipibus esse adolescentem non probatum suis, nemini vnq̃ præsenti Puteolani maiores honores habuerunt, quàm M. Cęlio, quẽ absentem in amplissimũ ordinem cooptarunt, & ea non petẽti detulerunt, quæ multis petentibus denegarunt.

cum L. Flaccus veterem Valerię gentis in liberanda patria laudẽ prope quingentesimo anno Reipublicę retulisset. Sed si forte aliquando aut beneficii huius obtrectator, aut virtutis hostis, aut laudis inuidus extitisset, existimabã L. Flacco multitudinis potius imperitę, nullo tamen cũ periculo, q̃ sapientissimorũ & lectissimorũ virorũ iudiciũ esse subeundũ. Etenim quibus auctoribus & defensoribus omniũ tum salus esset nõ ciuiũ solũ, verũ etiã gẽtiũ defensa ac retenta, neminẽ vnq̃ putaui per eos ipsos periculũ huius fortunis atq; insidias creaturũ. Quod si esset aliquãdo futurũ vt aliquis de L. Flacci pernicie cogitaret, nũq̃ tamẽ existimaui Iudices, D. Lęliũ optimi viri filium, optima ipsum spe prędituũ, summę dignitatis, eã susce pturũ accusationẽ, quę sceleratorũ ciuiũ potius odio & furori, q̃ ipsius virtuti atq; institutę adolescentiæ cõueniret. Etenim cum a clarissimis viris iustissimas inimicitias sępe cum bene meritis ciuibus depositas esse vidissem, nõ sum arbitratus quẽq̃ amicum reip. posteaq̃ L. Flacci amor in patriã pspect⁹ esset, nouas huic inimicitias, nulla accepta iniuria, denũciaturũ.

Cicero quo tpe Cõsul fuit.

Valerię gẽtis) Ex qua fuit Valerius Publicola is q̃ in regib⁹ eiiciẽdis & patria liberãda cũ Iunio Bruto Cõsul fuit. Prope quingentesimo) Plinius cap. 29. libri. 9. author est Ciceronẽ fuisse Cos. anno ab Vrbe cõdita Dcc. Romę regnatũ fuisse p annos. ccxl. Eusebius in Annalib⁹ tra-

dit. Secũdo aut tertio anno post Cõsulatũ Ciceronis hãc causam actam fuisse cõiicere licet. Asiã em̃ post oppssam cõiurationẽ sortitus est, q̃ oppressa fuit in fine Cõsulat⁹ Ciceronis. Eã prouinciã ãnũ administrauit. Inde post q̃ decessit, repetundarũ accusatus est. Itaq; anni quingẽti a Valerio Publicola Cos. ad L. Valeriũ Flaccũ nõ interfuerũt. Beneficij hui⁹ obtrectator). i. malignus laudator, detrectator, & maledicus. Cic. in lib. Tusculanarũ disputationũ. 4. æmulari & obtrectare distinguit, vt is dicat æmulari, q̃ se nõ idẽ videat cõsecutũ, qđ aliũ obtrectare, qui aliũ idẽ videat cõsecutum, quod se aut aliũ. Idem quoq; paulo post, Obtrectare, inq̃t, alteri, aut illa vitiosa æmulatione, q̃ riualitati similis est, æmulari, quid habet vtilitatis? quũ sit æmulãtis angi alieno bono, qđ ipse nõ habeat, obtrectãtis aũt alieno bono, qđ id etiã ali⁹ habeat Multitudinis imperitæ). i. vt vulgo dicũt, minuti populi. Sapientissimorũ) iudicũ. s. Laus aũt Iudicũ admisceat, vt ij reo cõcilient. Lectissimorũ) Quoniã a Cõsule, vel Quęsitore maior nũer⁹ ex Senatu & Equestri ordine eligebatur, q̃ legitimus iudicum numer⁹ cõstitutus esset, vt ex eo facta sortitione numer⁹ legitim⁹ haberet. Vel lectissimorũ. i. egregioꝝ & eximiorũ. Q đ nomen dicit sępius q̃ electissimũ. Vt pro Cęlio, Idẽq; nunc lectissimos viros & nostri ordinis & Equites Ro. cũ Legatione ad hoc iudiciũ, & cũ grauissima atq; ornatissima laudatione miserũt. Et pro M. Fonteio, Nũ etiã de matris hũc cõplexu lectissimę miserrimęq; fœminę vobis inspectãtib⁹ auellet? Etenim qbus authorib⁹) Ordo est, Neminẽ vnq̃ putaui creaturũ periculũ & insidias fortunis hui⁹ p eos ipsos quibus authorib⁹ & defensoribus &c. Quibus authorib⁹) Nã in oppriměda cõiuratione Catilinę Ciceronẽ Equites adiuuerũt, sed præcipue Senatus vniuersus. In quo ordine nũq̃ post hominũ memoriã plus virtutis plus amoris in rẽp. plus grauitatis, q̃ tũ fuisse Cicero pro P. Sylla dicit. Curaturũ) Quis in exẽplis omnibus ita scriptũ inueniã: tamẽ creaturũ nõ curaturũ scribẽdũ esse arbitror. Creare periculũ a Cicerone sępe dici alio loco docuim⁹. Pernicie) i. accusatiõe. Sceleratoꝝ ciuiũ). i. cõiuratorũ, vt vlciscerent eũ p quẽ indicata cõiuratio esset. Quũ a clarissimis) Multas huiusmodi inter viros grauissimos inimicitias Reip. causa depositas fuisse apud scriptores inuenire licet. Authore Cicerone in libro de Prouinciis Cõsularib⁹ M. Lepidus qui bis Cos fuit & Pont. Max. cũ M. Fuluio Collega, quo die Censor est factus, hoie inimicissimo in cãpo statim rediit i gratiã, vt cõmune officiũ Cęsurę cõmuni animo ac volũtate defenderẽt. Grauissimę P. Seruilij & M. Luculli inimicitię fuerũt. eas nõ solũ extinxit Reip. dignitas & ipsorũ, sed etiã ad amicitiã cõsuetudinẽq; traduxit. Iustissimas). i. iustissima de causa susceptas. Ratione a cõtrario p̃ter spem suã euenisse dicit, vt D. Lęlius Flaccũ accusaret. Depositas) Vt de Prouinciis Cõsularibus, Quid si ipsas inimicitias depono Reip. causa? De quo dicẽdi genere alio loco plura diximꝰ.

Obtrectator.

Iudices electi.

Lectissimꝰ

Odia virorũ clarissimorũ causa Reip. posita.

Deponere inimicitias.

Sed quoniam Iudices multa nos & in nostris rebus & in Republica fefellerunt, ferimus ea, quæ sunt ferenda, tantum a vobis petimus, vt omnia Reipublicæ subsidia, totum statum ciuitatis, omnem memoriam temporum præteritorum, salutem præsentium, spem reliquorum, in vestra potestate, in vestris sententiis, in hoc vno iudicio positam esse & defixam putetis. Si vnquam respublica consilium, grauitatem, sapientiam, prouidentiam, iudicium implorauit: hoc tempore, hoc inquam tempore implorat. non estis de Lydorum aut Mysorum aut Phrygum, qui huc compulsi concitatique venerunt, sed de vestra Republica iudicaturi, de ciuitatis statu, de communi salute, de spe bonorum omniũ, si qua reliqua est etiam nunc, quæ fortium ciuium mentes cogitationesque sustentet. omnia alia perfugia bonorum, præsidia innocentium, subsidia reipublicæ, consilia, auxilia, iura ceciderũt. Quem enim alium appellem? quem obtester? quem implorem? Senatum ne? at is ipse auxilium petit a vobis, & confirmationem auctoritatis suæ, vestrę potestati permissam esse sentit. an Equites Romanos? iudicabitis principes eius ordinis quinquaginta, quid cum omnibus senseritis. an populum Romanum? at is quidem omnem suam potestatem de bonis tradit vobis. Quamobrem nisi hoc loco, nisi apud vos, nisi per vos Iudices non auctoritatem, quæ amissa est, sed salutem nostram, quæ spe exigua extremaq; pendet, tenuerimus, nihil est præterea, quo confugere possimus: nisi forte quę res hoc iudicio tentetur, quid agatur, cui causæ fun-

damenta iaciantur Iudices non videtis. Damnatus est is, qui Catilinã signa patriæ inferentẽ interemit. quid est causę, cur non is, qui Catilinam ex vrbe repulit, pertimescat? rapitur ad pœnam, qui indicia cõmunis exitii cepit: cur sibi confidat is, qui ea proferenda & patefacienda curauit? socii consiliorũ, ministri, comitesq; vexantur, quid auctores? quid duces? quid principes sibi expectent? Atq; vtinã inimici nostri ac bonorũ omniũ mecũ potius contendãt. Tantũ est vtrum tum omnes boni, duces nostri an comites fuerint ad communem conseruandam salutem. ✳

Desit fortasse quippiam.

Nos fefellerunt) id est contra spem nostrã euenerunt. Tãtũ a vobis peto) Sententiã, quã laturi sint iudices, ad Rẽpublicã pertinere ostẽdit, vt Flaccũ Iudicibus magis cõciliet, eiusq; causam magis commendet. Reliquorũ). i. futurorũ. De Lydorũ aut Mysoꝝ aut Phrygũ) Qui ipsi Asię populi sunt, & vnde testes a Lęlio in Flaccũ excitati sunt. Oĩnia alia perfugia) prꝛter ea quę in vobis collocata existũt. Quẽ enim aliũ) q̃ vos. At is ipse auxiliũ petit a vobis) Significare videtur iam tum fuisse improbos, qui accusationẽ Senatui denũciarent. ꝙ de coniuratis indicta causa vltimũ suppliciũ sumpsisset, qua de causa Ciceronẽ postea P. Clodius accusauit. Eius ordinis) Equestris. Iudicabitis quinquaginta). i. in hac causa estis quinquaginta sortiti iudices ex Equestri ordine. Ex Senatu, quot fuerint incertũ est. In singulis causis publicis certum quẽdã fuisse iudicum numerũ, nec eũdẽ in omnibus fuisse alio in loco scripsimus. Quod cum omnibus senseritis) id est vos iudicabitis qđ senseritis cũ omnibus Equitibus. Omnem suã potestatem) Iudices enim iudicandi potestatem habent a populo Romano. De bonis) Nã de improbis & pernicios is ciuibus iudicãdi potestatem populus Romanus lege Sempronia sibi retinuit, qua cautũ erat, ne ciuis Ro, iniussu populi Romani morte multaretur. Cui causæ) Causę suę Cicero, hoc est, vt damnato Flacco ipse Cicero accusetur, fundamenta iaci dicit. Damnatus est is) Flaccus. Cur non is) Cicero. Indicia) id est indices coniurationis. i. Allobroges. Mecum potius contendant) q̃ cum Flacco. Hic deest finis exordij, transitus ad refutationem, & refutationis initium. Quantum autem coniicere licet, pauca desunt.

Iudices multi in causis publicis.

Iudicũ potestas.

Lex Sempronia.

Hũc igitur virũ Lęli quibus tãdẽ rebus oppugnas? Fuit P. Seruilio Imperatore in Cilicia Tribunus militũ: ea res filetur. fuit M. Pisoni Quęstor in Hispania: vox de Quęstura nulla missa est. bellũ Cretẽse ex magna parte gessit, atq; vnà cũ sũmo Imperatore sustinuit: muta est huius tẽporis accusatio. Præturæ iurisdictio, res varia & multiplex ad suspiciones & simultates nõ attingitur, ea vero in summo & periculosissimo Reip. tẽpore etiã ab inimicis laudatur. At a testibus lęditur: anteq̃ dico a quibus, qua spe, qua vi, qua re concitatis, qua leuitate, qua egestate, qua perfidia, qua audacia prędítis, dicam de genere vniuerso, & de cõditione omniũ nostrũ. Per deos immortales Iudices, vos quomodo is qui anno ante Romę ius dixerat, anno post in Asia ius dixerit, a testibus quęretis ignotis? ipi cõiectura nihil iudicabitis? in tã varia iurisdictione, tã multa decreta, tot hominũ gratiosorũ lęsę voluntates, quę est vnq̃ iacta non suspicio, quę tñ solet esse falsa, sed iracundię vox aut doloris? & is est reus auaritię, q in vberrima re turpe cõpẽdiũ, in maledicẽtissima ciuitate, in suspiciosissimo negocio maledictũ oñe nõ modo crimẽ effugit?

Prędítus perfidia.

Gratiosi homines. Cõpẽdiũ.

Maledicẽtissima ciuitas.

Hũc igitur virum) Ex vita Flacci ante acta remouet huius criminis suspitionẽ, admonet etiã iudices, qui Flacci vitã norũt, coniecturę suæ, potius q̃ ignotorũ hominũ testimoniis credere debere. P. Seruilio) P. Seruilius Procõsul Isauros in Cilicia domuit, vt ait T. Liuius libro. 93. Inde Isauricus cognominatus est. Tribunus militũ) Legio habebat decẽ cohortes. Cohorti primę Tribunus militũ ẽrat, armorũ sciẽtia, virtute corporis, morũ honestate præcipuus. Reliquę cohortes prout principi placuisset, a Tribunis vel a prępositis regebantur. Author est Vegetius lib. 2. M. Pisoni Quęstor) Quęstores cũ Prętoribus in prouincias mitti, iisq; perinde ac liberos charos haberi solitos alio in loco

P. Seruilię Isauricus. Tribunus militũ.

scripsimus. Missa est. i. facta est, ab accusatore in Flaccũ. Mittere vocẽ pro eo qđ est loqui, alibi quoq; Cicero vsurpauit. vt in Oratione de responsis Aruspicũ, Furiales in cõcionibus voces mittis. Pro P. Sestio, Cõciones haberi quotidie cõtra me, vocẽ pro me ac pro rep. neminẽ mittere. Et pro domo sua, Quis est q̃ existimare possit huic nouo Pontifici primã hãc post sacerdotiũ initũ, religionẽ institutẽti, vocẽq; mittẽti, nõ & linguã obmutuisse, & manũ obtorpuisse, & mẽtẽ debilitatã metu cõcidisse? Cũ sũmo Impatore) Q. Metello, q a deuictis Cretẽsibus Creticus cognominatus est. De quo T. Liuio libris. xcix. &. c. Sustinuit) Nã Metello Legatus in eo bello fuit. Muta est hũ⁹ tpis accusatio). i. accusator nihil eũ hoc tpe admisisse criminat. Prętura iurisdictio) L. Flaccus anno eo, quo Cicero fuit Cõsul, Prętor vrbanus fuit. itaq; ei inter ciues iuris dictio fuit. Vrbana Prętura reliquas dignitate antecellebat, vt scribit Plutarch⁹ in vita C. Marij. De hmõi Prętura plura scripsim⁹ in Cõmẽtariis in Catonẽ Maiorẽ Ciceronis. Iuris aũt dictio nõ iurisdictio hac in re dicit. Nã dicere ius Prętores dicunt, estq; vnũ ex trib⁹ illis verbis q̃ nefastis dieb⁹ fieri Ouidi⁹ scribit in lib. Fastor. 1. Multiplex ad suspitionẽ) qđ sępe aut amicitia aut pecunia corrupti sentẽtiã ferãt.

Q. Metel. Creticus.

Prętura vrbana.

Et simultates) Qui eñ cõdẽnati sunt, q̃is nõ iniuste, cũ iudice odiũ quoddã suscipiũt, nec ij solũ qui sunt cõdemnati, sed etiã eor⁹ propinqui & amici. Nõ attingitur) ab accusatore. In summo & periculosissimo tpe) quo erupit Catilinę cõiuratio. Etiam ab inimicis) Verior laus est. At a testibus lęditur) Id ex accusatione proponit refutandũ. Reũ lędi a testibus pro eo qđ est testes in reũ dicere testimoniũ postea dici sępe inuenias. Anno post) Significat Flaccũ administrasse Asiã vno anno tãtũ, quũ Verres Siciliã, M. Fonteius Galliã, Q. Cicero Asiã, L. Catilina Africã, triẽniũ administrauerint. Coniectura) Quũ eñ videritis quo modo Romę ius dixerit, nũquid cõiectare potestis quomodo anno proximo in Asia ius dixerit, vestrę cõiecturę potius q̃ ignotis testib⁹ credere? Gratiosorũ). i. q apud multos valeãt gratia, quibus offensis offendũtur ij quoq; apud quos gratia valeant. Lęsæ voluntates) quia condemnati sunt. Quæ tamẽ solet esse falsa) Vsu eñ sępe venit, vt falsa suspicio sit. Reus auaritię). i. repetundarũ. In vberrima re). i. in iurisdictione, in qua quæstum, q̃is turpẽ & sordidũ, sed tamen quęstum facere poterat maximũ. Compendiũ). i. lucrũ. Vt in libro de Officiis. 3. Negat se facturũ compẽdij sui causa quod non liceat. Actione in Verrem. v. In Apronianis rapinis in quęstu sunt compendio que versati. Et pro Roscio Comœdo, Me vis peierare, vt paululum tu compendii facias. Alioqui cõpẽdium pro via breuiore, Quintilianus libro. 4. dicit, Amœnũ ac molle iter, etiã si est spatii amplioris, minus fatigat, q̃ durũ arduũq; cõpendiũ. Compendiariam viam pro eadem re dixit Cicero

Mittere vocem.

Prouincia administrãdę tempus.

Cõpendiũ.

Cõpendiaria via.

in libro de Officiis secundo. Preclare, inquit, Socrates hanc viam ad gloriam proximam & quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret, vt qualis haberi vellet, talis esset. In maledicentissima ciuitate) id est Romę. Vt postea, In tam suspitiosa & maledica ciuitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. Et pro M. Celio, At fuit fama. quotus quisq; istam effugere potest in tam maledica ciuitate? Ex qua oratione cognoscere licere quid interfit inter maledictum & crimen. Qua de re alibi scripsimus.

Roma maledica.

Prętereo illa quę prętereunda non sunt: nullum huius in priuatis rebus factum auarum, nullam in re pecuniaria cõtentionem, nullam in re familiari sordem posse proferri. Quibus igitur testibus ego hosce possum refutare, nisi vobis? Timolites ille vicanus, homo non modo nobis, sed ne inter suos quidem notus, vos docebit qualis sit L. Flaccus? quem vos modestissimum adolescentem, prouincię maximæ sanctissimũ virum, nostri exercitus fortissimum militem, diligentissimum ducem, temperatissimum Legatũ, Quæstorem q; cognorunt: quem vos præsentes constantissimum Senatorem, iustissimum Prętorem & amantissimum Reipub. ciuem iudicastis. De quibus vos aliis testes esse debetis, de iis ipsi alios testes audietis? At quos testes? primum dicam (id quod est commune) Græcos, non quo nationi huic ego vnus maxime fidem derogem: nam si quis vnq; de nostris hominibus a genere isto, studio ac voluntate non abhorrẽs fuit, me & esse arbitror, & magis etiam tũ, cum plus erat ocii, fuisse. Sed sunt in illo numero multi boni, docti, prudentes, qui ad hoc iudiciũ deducti non sunt: multi imprudentes, illiterati, leues, quos variis de causis video concitatos. Veruntamen hoc dico de toto genere Grecorũ, Tribuo illis literas, do multarum artium disciplinam, non adimo sermonis lepõrem, ingeniorum acumen, dicendi copiam: deniq; etiam, si qua sibi alia sumunt, non repugno: testimoniorũ religionem & fidem nunq; ista natio coluit: totiusq; huiusce rei quę sit vis, quę auctoritas, quod pondus, ignorãt. Vnde illud est, Da mihi testimonium mutuum: num Gallorum? num Hispanorum putatur? totum istud Grecorum est, vt etiam qui græce nesciũt, hoc quibus verbis a Grecis dici soleat, sciãt. Itaq; videte quo vultu, qua confidentia dicant: tum intelligetis qua religione dicant. Nunq; nobis ad rogatũ respondent, semper accusatori plus q̃ ad rogatum: nunq; laborãt, quemadmodũ probent quod dicunt, sed quemadmodum se explicent dicendo.

Vicanus.

Cicero. de Grecis sententia.

Da mihi testimonium mutuum.

Prętereo illa) Occupatio est, qua auditores magis attenti fiunt. [Sordem) id est inelegantiam. Vicanus) Vt ab vrbe vrbanus, a villa villanus, a pago paganus, ita a vico vicanus dicitur. Nõ quo nationi huic) Authore Quintiliano libro quarto vitãdum est ne in ordinem quẽq; contumelioſi esse videamur. Sed aliquando, vt idẽ ait libro. xi. fides patrocinii cogit quędam de vniuerso genere aliquorum hominum dicere, vel libertinorum, vel militum, vel publicanorum, vel similiter aliorum. In quibus omnibus commune remedium est, vt ea quę lędũt, nõ libenter tractare videaris, nec in omnia impetum facias, sed in id quod expugnandum est, & reprehendens alia laude compenses. Si milites cupidos, dicas esse non mirum, quod periculorum ac sanguinis maiora sibi deberi præmia putent. Eosdem petulantes, & hoc fieri quod bellis magis quam paci assueuerint. Libertinis detrahenda est authoritas: licet iis testimonium reddere industriæ, per quam exierint de seruitute. Quod ad nationes exteras pertinet, Cicero varie detracturus Græcis testibus fidẽ, doctrinam iis concedit ac literas, seque eius gentis amatorem fuisse profitetur. Derogem fidem) id est detraham. vt pro M. Fonteio, Quorum virtuti, generi, rebus gestis fidem & authoritatem in testimonio cupiditatis atq; inimicitiarum suspitio derogauit. Et pro P. Quintio, Fides huius multis locis cognita ne perfidia Sex. Næuii

Vicanus.

Derogare fidem.

derogetur. De nostris hominibus).i. Romanis. Tum quum plus erat otij)id est quum eram adolescens, nec dum ad Remp. accesseram. Quibus verbis a Græcis dici soleat)Ea aũt sunt, Δάνδσόν μοι μαρτυρίαν. De quo Erasmus satis multa. Ad rogatum) id est ad interrogatum,& vt vulgo dicunt,ad propositum. Plus quã ad rogatum) .i. patrono interroganti. Testes enim accusator & patronus interrogat. Vt cognosci potest ex quinto libro Quintiliani. Probent)id est faciãt vt a iudicibus probetur. Explicent)id est expediant,& expedite dicant.

Iratus Flacco dixit M.Lurco, q; (vt ipse aiebat) libertus erat eius turpi iudicio condemnatus. Nihil dixit quod læderet eum,cum cuperet:impediebat enim religio:tamen id quod dixit,quãto cum pudore,quo tremore & pallore dixit! Q; promptus homo P. Septimius! q̃ iratus de iudicio & de villico! tamen hęsitabat, tamen eius iracundiæ religio nonnunq̃ repugnabat. inimicus M. Cælius,q; cum in re manifesta putasset nefas esse Publicanum iudicare contra Publicanum,sublatus erat e numero Recuperatorũ:tamen tenuit se,neq; attulit in iudicium quicq̃ ad lædẽdum,nisi voluntatem. Hi si Græci fuissent,ac nisi nostri mores ac disciplina plus valerent q̃ dolor ac simultas,omnes se spoliatos,vexatos, fortunis euersos esse dixissent. Græcus testis cum ea voluntate processit,vt lædat,non iurisiurãdi,sed lędẽdi verba meditatur: vinci,refelli,coargui putat esse turpissimũ: ad id se parat,nihil aliud curat. Itaque non optimus quisq; nec grauissimus, sed impudentissimus loquacissimusq; deligitur. Vos autem in priuatis minimarum rerum iudiciis testem diligenter expenditis:etiã si formam hominis,si nomen,si tribum nostis, mores tamen exquirendos putatis,qui autem dicit testimo-

niũ ex nostris hominibus vt se ipse sustentat, vt omnia verba moderatur,vt timet, ne quid cupide, ne quid iracunde,ne quid plus minusve q̃ sit necesse dicat, num illos idem putatis? quibus iusiurandum iocus est:testimonium, ludus: existimatio vestra: tenebræ, laus,merces: gratia,gratulatio proposita est omnis in impudenti mendacio.

Iratus Flacco dixit)Vel dixit hoc in loco superest,vel ita intelligas. M.Lurco dixit testimoniũ in Flaccũ,iratus et q; libertus ei' &c.Ex cõparatiõe testiũ Romanorum ostendit q̃ leues Græci habẽdi sint. Turpi iudicio).i.Flacco iudice corrupto.Hunc aũt Lurconis libertũ Flaccus Prętor cõdẽnauit. De Lurconis & Septimii in Flaccũ odio & testimonio postea dicet latius. De iudicio & de villico).i.de villico a L.Flacco damnato. M.Cęlius)Hũc arbitror esse patrẽ Cęlij eius quẽ Cicero defendit,quẽ ex Equestri ordine esse dicit.Ex quo ordine sunt Publicani, ex quo etiã sunt Recuperatores.i.Iudices a Prętore constituti, qui cognoscãt causas eorũ, qui spoliatos se aut vi deiectos dicãt, vt eorũ iudicio illi suũ recuperẽt. Putasset)Flaccus. Sublatus erat)Cælius. Vinci).i.eius testimonio nõ credi. Ad id se parat).i.ita meditatur verba testimonij,vt vinci refelli coargui non possit. Loquacissimusq;)Non etiã male scriptum est in alijs codicibus leuissimus non loquacissimus. Recuperatores.

Expenditis).i.põderatis & examinatis. Si formam hominis nostis) id est si ipsum testem de facie cognoscitis. Qui autem dicit) Romanorũ & Græcorũ mores in dicẽdo testimonio cõparat,vt planius faciat testimoniis Græcorũ credendũ non esse. Qui autẽ dicit testimoniũ) Dicere testimonium non ferre a Cicerone dici solitũ opus non esset vt admoneremus,nisi ferre testimonium,vt vulgo,ita indocte dici solitũ cognosceremus. Sustentat).i.examinat. A trutina sit trãslatio,quę tũ sustentatur,quũ in ea aliquid expenditur. Cupide) .i.lędendi cupiditate. De hac religione testimonij dicendi est etiam in oratione pro M. Fonteio. Recordamini,inquit,quantopere laborare soleatis non modo quid dicatis pro testimonio,sed etiã quib⁹ verbis vtamini, ne quid minus moderate positũ,ne quod ab aliqua cupiditate prolapsum verbum esse videat. Vultu deniq; laboratis,ne qua significari possit suspitio cupiditatis,vt & quũ proditis,existimatio sit quędam tacita de vobis pudoris & religionis,& quũ disceditis,ea diligenter conseruata ac retenta videatur &c. Tenebrę).i.vt res obscura & vilis ac parui momenti. Dicere testimoniũ. Testimonij dicendi religio.

Sed non dilatabo orationem meam, etenim posset esse infinita, si mihi libeat totius gentis in testimoniis dicendis explicare vanitatem. sed propius accedam. de his vestris testibus dicam. Vehementem accusatorem nacti sumus Iudices, & inimicum in omni genere odiosum ac molestum, quem spero his rebus fore magno vsui & amicis & Reipublicæ. sed certe inflammatus incredibili cupiditate hanc causam accusationemque suscepit. qui comitatus in inquirendo? comitatum dico? immo vero quantus exercitus? quæ iactura? qui sumptus? quanta largitio? quæ q̃q̃ vtilia sunt causæ, timide tamen dico, quod vereor ne Lælius ex his rebus, quas sibi suscepit gloriæ causa, putet aliquid oratione mea sermonis in se esse, aut inuidiæ esse quæsitum. Itaque hanc partem totam relinquam. tantum a vobis petam Iudices, vt si quid ipsi audistis communi fama atque sermone de vi, de manu, de armis, de copiis, memineritis, quarum rerum inuidia lege hac recenti ac noua, certus est inquisitioni comitum numerus constitutus. Sed vt hanc vim amittam, quanta illa sunt? quæ quoniam accusatorio iure & more sunt facta, reprehendere non possumus, quęri tamen cogimur. primum ꝙ distributis partibus sermo est tota Asia dissipatus, Cn. Pompeium, ꝙ L. Flacco est vehementer inimicus, contendisse a Lælio paterno amico ac perneccssario, vt hunc hoc iudicio arcesseret, omnemque ei suam auctoritatem, gratiam, copias, opes ad hoc negocium conficiendum detulisse.

Arcessere iudicio.

Vanitatem) id est leuitatem & mendacium. Vehementem accusatorem) Mos erat Romæ, vt qui in causa repetundarum accusator constitutus erat, ei dies aliquot darentur, ad inquirenda rei vitia quum alibi, tum præcipue in prouincia ea quę vexata dicebatur. Vt Ciceroni ad inquirenda vitia Verris dati sunt dies centum decem. In Flacci vitiorum inquisitione in Græcia quam immoderatum, quam vehementem se Lælius præstiterit, Cicero hoc loco docet, vt ostendat, quam leuia & vana sint testimonia ea quæ in Flaccum dicta sunt. Et inimicum) Lęlio fidem derogat, quod odij causa Flaccum insectatus falsos testes habuerit. Quem spero) Ironia est. Cupiditate) id est odio, ideo nocendi cupiditate. Immo vero quantus exercitus) Correctio est. Qui sumptus) Accusatorem in prouincia inquirentem vitia qui accipiebant siue priuatim siue publice nonnunquam sumptus faciebant. Cicero actione in C. Verrem tertia de moderata sua in Sicilia inquisitione loquēs, Nemini, inquit, meus aduentus labori aut sumptui, neque publice neque priuatim fuit. Ex his rebus) id est ex accusatione & inquisitione. Adducit autem Lęlium in odium, quod turpe sit ex aliena calamitate gloriam sibi quærere. De vi, de manu) id est de vi quam accusatores tanta comitum multitudine stipati in vitijs inquirendis facere soliti sint. De vi itaque & de armis, de manu & copijs. Significat autem propter vim & multitudinem comitum latam esse legem qua certus comitum numerus constitueretur, vt ostendat Lælium contra hanc legem comites multos habuisse. Distributis partibus) id est Asia in partes diuisa, in easque partes dimissis a Lælio comitibus, qui hunc rumorem disseminarent. Accusatori autem inquirenti vitia rei licebat in diuersas partes prouinciæ comites dimittere, quorum auxilio vitia facilius inueniret. Itaque accusatorio iure & more id factum dicit. Sermo dissipatus est) id est rumor disseminatus est. Vt actione in Verrem tertia, Romam vt ex Sicilia rediij, quum iste atq; istius amici homines lauti & vrbani sermones huiusce modi dissipassent, quo animos testium retardarent, me magna pecunia e vera accusatione esse deductum. In Asia) Hanc prouinciam, cui Flaccus prefuit, modo Asiam, modo Græciam Cicero appellat. Nam secundum geographiam non fiebat ea prouinciarum diuisio. Hanc autem partim in Asia partim in Europa fuisse arbitror. Contendisse) id est summis precibus postulasse. Paterno amico) id est cuius Lęlij pater amicus Pompeij fuerat. Paterno amico ac pneccssario) Vt credibile magis esset Flaccū a Lęlio Pompeij causa accusatum. Hoc iudicio) id est hac causa repetundarum. Arcesseret) id est vocaret. Arcessere & accersere pro eodem dici Valla scribit lib. primo. Arcessere autem dicitur, quia a Latinis priscis arcio pro accio dicebatur, vt est apud Priscianum libro primo. De quo verbo alibi plura.

Accusator inquirit vitia rei.

Accusatoris inquirētis vitia sumptus.

Accusatoris vitia inquirētis comitatus.

Dissipatus sermo.

Arcessere & accessere.

Id hoc veriſimilius Græcis homnibus videbatur, q̃ paulo ante familiarem Lælium in eadem prouincia Flacco viderant. Pompeii autem auctoritas cũ apud omnes tãta eſt, quanta eſſe debet, tum excellit in iſta prouincia, quam nuper & prędonum & Regũ bello liberauit. Adiunxit †illa, vt eos qui domo exire nolebant, teſtimonii denunciatione terreret: qui domi ſtare non poterant, largo & liberali viatico cõmoueret. Sic adoleſcens ingenii plenus, locupletes metu, tenues prędmio, ſtultos errore permouit. Sic ſunt expreſſa iſta prędara, quę recitantur, pſephiſmata, non ſententiis neq; auctoritatibus declarata, nec iureiurãdo conſtricta, ſed porrigenda manu, profundendoq; clamore multitudinis concitatæ. O morem prædarum diſciplinamq;, quam a maioribus accepimus, ſi quidem teneremus, ſed neſcio quo pacto iã de manibus elabitur. Nullam enim illi noſtri ſapiẽtiſſimi & ſanctiſſimi viri vim concionis eſſe voluerũt, quæ ſciſceret plebs, aut quę populus iuberet ſummota concione, diſtributis partibus tributim & centuriatim, deſcriptis ordinibus, claſſibus, ętatibus, auditis auctoribus, re multos dies promulgata & cognita, iuberi, vetariq; voluerunt.

†Illo.

Viaticum.

Plenus ingenij.

Elabit de manibus.

Sciſceret plebs.

Populus iuberet.

Hoc veriſimilius) id eſt tanto veriſimilius. Familiarẽ Lælium) Si Flacco Lælius familiaris paulo ante viſus eſt, iſq; nũc eum accuſet, grauem accuſationis cauſam ſubeſſe oportet. Ea autem Pompeij contẽtio eſſe putabitur. Quanta eſſe debet) Ne nimiam dicendo faciat Pompeio inuidiam, quem prę cęteris vnum Cicero fere extollit. Prædonũ) id eſt piratarum. Et Regum) Mithrydatis & Tigranis. Qui domo exire nolebant) id eſt locupletes: qui ad dicendum teſtimonium in vrbem eam, in qua concio daretur Lælio, conuenire nollent. Teſtimonij denunciatione) Denunciare teſti eſt iudicio publico teſti inuito lege denunciare, & vt vulgo dicũt, facere teſtẽ cõuenire in iudicio ad dicendum teſtimoniũ. Id ſignificat Quintil. lib. quinto. Duo, inqt, genera ſunt teſtium, aut voluntariorũ, aut eorũ quib⁹ iudex publicis iudicijs lege denũciare ſolet. Quorũ altero vtraq; pars vtitur, alterũ accuſatoribus tãtũ conceſſum eſt. Paulus Iuriſc. lib. Digeſt. xxii de Teſtibus, Lege Iulia, inquit, iudiciorum publicorum cauetur ne alicui inuito denuncietur, vt teſtimonium dicat aduerſus ſocerum, generum &c. In loco eodem Vlpianus, Nec pupillis teſtimonium denunciari poteſt. Senatui denunciare pro eo quod eſt Senatum inuito cogere & congregare, Cicero dixit in Vatinium teſtem, Initio Tribunatus tui Senatui denunciaris.

Denũciare teſti & Senatui.

Qui domi ſtare non poterant) vel propter egeſtatem, vel propter leuitatem. Largo & liberali viatico) Lege Iulia de vi a dicendo teſtimonio arcetur is qui ob dicendum teſtimonium vel non dicendum pecuniam accepiſſe iudicatus vel cõuictus erit. Hos igitur teſtes teſtimonij dictione indignos ſignificat. Largo & liberali viatico) Calliſtratus Iuriſc. negat teſtes temere per longum iter euocandos. Largo itaq; viatico teſtibus opus non eſt. Pſephiſmata) id eſt teſtimonia, quę ſcripta ad hoc iudiciũ allata ſunt, qua voce etiã poſtea vtitur. Declarata) id eſt dicta & explicata. Conſtricta) id eſt obligata. Porrigẽda manu profundẽdoq; clamore. Significat Græcorũ more fuiſſe, vt in cõcionibus rem, de qua ageretur, non ſuffragijs, ſed clamore & manu iuberent aut vetarẽt. Concionis) eius. ſ. quę tota ſimul quid iuberet vetaretve manu & clamore ſignificaret. Quę ſciſceret plebs, aut q̃ populꝰ iuberet) Sciſcere & iubere quid differãt ex hoc loco poteſt colligi. Plebs eñ a patritijs ſeparata eſt, Populus aũt plebẽ & patritios cõplectitur. Sciſcere itaq; & iubere ſunt ſuffragio aliquid probare aut improbare, ſed ſciſcit plebs (Vnde appellata ſunt plebiſcita) populus vero iubet, quãuis etiam plebs iubere dicatur. Inde ſcita & iuſſa appellata ſunt. Vt pro Cornelio Balbo, Si tũ fit fundus, quũ ſcita & iuſſa noſtra, ſua ſentẽtia cõprobat. Sũmota) .i. remota. Diſtributis partibus) .i. populo Romano in tribus & centurias diuiſo. Deſcriptis) .i. diuiſis & diſtributis. Auditis authoribus) q rem de qua ageretur, ſuaderent aut diſſuaderent. Re multos dies promulgata) Quo tẽpore Romani etiã Senatores agriculturę ſtudioſi erãt, in vrbẽ ex agris nono quoq; die veniebãt, vel ad emẽda ea quibus ipſis opus eſſet, vel ad vendẽda ea quibus ipſi abũdarẽt, aut aliã ob cauſam, vt octauo quoq; die licet videre plebẽ ruſticã in vrbẽ cõuenientẽ. A nono die nundinas appellabãt. Si quid ſuffragijs populi Ro. ferendũ erat, id per ternas nundinas recitabatur ac promulgabatur. Id tempus trinũdinũ, & duobus vocabulis trinũ nũdinũ dicitur Iuberi vetariq; voluerũt) Populus Ro. ſuffragio iubebat quę probabat, quę cõtra, vetabat. A. Gellius lib. xiij. Cũ populo agere, inquit, eſt rogare quid populũ, quod ſuffragiis ſuis aut iubeat aut vetet.

Teſtimoniũ dicere quibus nõ liceat.

Manũ porrigere.

Sciſcere & iubere.

Plebiſcita. Scita & iuſſa.

Nundinæ.

Trinũdinum.

Græcorum autem totæ Reſpub.ſedentis concionis temeritate adminiſtrantur. Itaque,vt hanc Græciã, quę iandiu ſuis conſiliis perculſa & afflicta eſt, omittam:illa vetus,quæ quondam opibus,imperio, gloria floruit,hoc vno malo concidit,libertate immodesta ac licentia concionum. cum in theatro imperiti homines rerum omnium rudes ignariq; cõſederant, tum bella inutilia ſuſcipiebant,tum ſeditioſos homines Reipub.præficiebant,tum optime meritos ciues e ciuitate eiiciebant. Q; ſi hęc Athenis tum cum illę non ſolum in Græcia, ſed prope cunctis gentibus †enitebant, accidere ſunt ſolita,quam moderationem putatis in Phrygia aut Myſia concionum fuiſſe? Noſtras conciones illarum nationum homines plerunq; perturbant. Quid,cum ſoli ſunt ipſi,tandem fieri putatis? Cęſus eſt virgis Cynicus ille Athenagoras,qui in fame frumentũ exportare erat auſus. Data concio Lęlio eſt. Proceſſit ille, & Gręcus apud Græcos nõ de culpa ſua dixit,ſed de pœna queſtus eſt. Porrexerunt manus. pſephiſma natum eſt. hoc teſtimonium eſt? nuper epulati,paulo ante omni largitione ſaturati Pergameni,quod Mithrydates, qui multitudinem illam non auctoritate,ſed ſagina tenebat, ſe velle dixit,id ſutores & zonarii conclamarunt. hoc teſtimonium eſt ciuitatis? Ego teſtes a Sicilia publice duxi, verum erant ea teſtimonia non concitatæ concionis, ſed iurati Senatus. quare iam non eſt mihi contentio cum teſte,vobis videndum eſt,ſint ne hęc teſtimonia putanda. Adoleſcẽs bonus,honeſto loco natus,diſertus,cum maximo ornatiſſimoque comitatu venit in

†emine-bant.

Sutores. Zonarij.

oppidũ Gręcorũ,poſtulat concionẽ, locupletes homines & graues, ne ſibi aduerſarẽtur,teſtimonii denũciatione deterret,egẽtes & leues ſpe largitionis & viatico publico, priuata etiã benignitate prolectat.

In theatro) Athenis conciones in theatro haberi ſolitas,vt Romę in foro, ſignificat. Optime meritos ciues) Permultis in locis apud Plutarchum in vitis,inuenire licet Athenienſes ſolitos eſſe quotannis exilio decennali multare ciuem eum qui cæteris videretur diuitiis gloria & potentia excellere. Idq; damnationis genus appellabatur Oſtraciſmus. Nam ὄστρακον calculus erat,in quo inſcribebatur nomẽ eius,quẽ quis exilio multari iuberet,eoq; ſuffragii loco vtebatur. Enitebãt) In codicibus aliis ſcriptum eſt eminebãt. In Phrygia aut Myſia) Aſiæ regionibus, vbi homines minus prudentes ſunt. Noſtras conciones) quæ in eorum prouincia a noſtris Prætoribus habentur. Eſt autem argumentũ a minore ad maius. Cæſus eſt virgis) Prætore Flacco ita imperante. Lælio) Flacci vitia inquirenti. Data concio) vt ſępe dicit dare Senatum Legatis. Proceſſit ille.) Athenagoras. Non de culpa ſua dixit) Id autem iniquum fuit. Culpam enim ſi auditſet concio,pœnam indignã fortaſſe non exiſtimaſſet. Nuper epulati) Illi teſtimonio credendũ non eſſe oſtendit. Quod Mithridates) De hoc Mithridate Pergameno,eiuſq; teſtimonio poſtea Cicero dicet.

Oſtraciſmus.

Dare concionem.

Zonarii).i.qui zonas cõficiũt. Per lutores autẽ & zonarios omnis generis opifices,quos mechanicos appellãt,intelligit. Ζώνη autẽ cingulũ eſt. a cingẽdo cingulum a Latinis dicitur,qđ a cingula Seruius diſtinguit. Q; hęc iumẽtorũ ſit,illud hominũ. Corrigiã appellat Cicero in li. de Diuinatione.2. Quę,inquit,ſi ſuſcipiamus,pedis offenſio nobis, & abruptio corrigię,& iternutamẽta erũt obſeruãda. Teſtes a Sicilia duxi) cõtra C. Verrẽ. Publice).i.quos Siculi publice mittebãt. Adoleſcẽs bon9) D. Lęli9. Diſert9) aduerſario ſuo eloquẽtiã Cicero more ſuo tribuit. Cũ maximo comitatu) Id cõtra legẽ eſſe antea dixit. Ne ſibi aduerſarenẽ).i.ne verũ teſtimoniũ dicerẽt,& inde teſtis locuples dicitur,de quo alio loco diximꝰ: aut ne reuocarẽt tenuiores a dicẽdo falſo teſtimonio in L. Flaccũ. Spe Legationis) In codicibus aliis meliꝰ ſcriptũ eſt,ſpe largitionis. Nãantea dixit,Qui domi ſtare nõ poterãt,largo & liberali viatico cõmoueret. Viatico publico) qđ Aſiatici pręſtarent.

Zonarij.

Cingulũ & cingula Corrigia.

Benignitate).i.liberalitate.vt in.1.de Offic. Et huic eſt cõiũcta beneficẽtia,quã eãdẽ vel benignitatẽ vel liberalitatẽ appellare licet. Prolectat).i.inuitat & alicit. In codicibꝰ aliis q; legatur perlectat, non itidẽ improbo.

Prolectare

Fex ciuitatũ. Opifices & tabernarios atq; illam omnẽ fecem ciuitatum, quid eſt negocii concitare? in eum præſertim qui nuper ſummo cũ imperio fuerit, ſummo autẽ in amore eſſe, propter nomen ipſum imperii non potuerit. Mirandum vero eſt, homines eos, quibus odio ſunt noſtræ ſecures, nomen acerbitati, ſcriptura decumę, portorium morti, libenter arripere facultatẽ lędendi, quęcũq; detur. Memẽtote igitur cũ audietis pſephiſmata, nõ audire vos teſtimonia, audire temeritatem vulgi, audire vocem leuiſſimi cuiuſq; audire ſtrepitum imperitorum, audire cõtentionẽ & concionẽ concitatã leuiſſimę nationis. Itaq; perſcrutamini penitus natura rationẽq; criminũ, iã nihil præter ſpem, nihil præter terrorem ac minas reperietis. *

Deeſſe videntur nonulla,

In ærario nihil habẽt ciuitates, nihil in vectigalibus: duę rationes cõficiẽdę pecunię, aut verſura aut tributo: nec tabulę creditoris proferuntur, nec tributi cõfectio vlla recitatur. Q; vero facile falſas rationes inferre, & in tabulas, quodcũq; commodũ eſt, referre ſoleãt, ex Cn. Põpeii literis ad Hypſeum, & Hypſei ad Pompeium miſſis quęſo cognoſcite. LITERÆ POMPEII ET HYPSEI. Satis ne vobis coarguere his auctoribus diſſolutã Gręcorũ cõſuetudinẽ licẽtiãq; impudẽtẽ videmur? niſi forte q Cn. Põpeiũ, qui pręſentẽ, qui nullo impllente fallebant, eos vrgente Lælio in abſentem & in L. Flaccũ aut timidos fuiſſe aut religioſos putamus.

Tabernarij.

Fex ciuitatis. Opifices) qui in officinis opera faciunt. Tabernarios) qui opera in tabernis venditant. Fecem ciuitatum) Vt libro Epiſtolarũ ad Quintum Fratrem ſecundo, Apud illam perditiſſimam atque infimam fecem populi propter Milonem ſuboffendit. Et libro Epiſtolarũ primo, Noſter autẽ ſtatus eſt hic, apud bonos iidẽ ſumus quos reliquiſti, apud ſordem vrbis & fecem, multo melius q; reliquiſti. Et in Piſonem, Innumerabilia q̃dã noua ex omni fece vrbis ac ſeruitio concitata. Vnde facta ſit tranſlatio nemini, vt arbitror, ignotum eſt. Quid eſt negocij) id eſt quanti laboris eſt, q; facile eſt. Summo cum imperio) id eſt cum Imperio Conſulari. Prætorum enim vt Conſulum in prouinciis imperium ſummũ ſemper habitum eſt. Facit credibile Flaccum fuiſſe Gręcis & Aſiaticis odioſum propter ſummũ imperium quod in ea prouincia gerebat. Itaque eorum teſtimoniis credendum non eſſe, qui ad id teſtimonium paulo negocio impelli potuerunt. Mirandum vero eſt) Ironia eſt. Scriptura) Decumæ portorium) Vectigal apud Romanos veteres, q portu portorium, q ex aratione decumas, quod ex paſtione ſcripturam appellari ſolitum in Commentariis pro Lege Manilia ſcripſimus latius. Morti) id eſt inſtar mortis quod dixit Cicero in libro de Officiis ſecundo, Patrocinio vero ſe vſos, aut clientes appellari mortis inſtar putant. Mos autem veterum erat, vt quum quid ſe maxime auerſari ſignificabant. id vt mortem fugere dicebant. Inde heroes illi Achilles & Vlyſſes apud Homerum eos qui aliud in lingua promptum, aliud in pectore clauſum haberent, ſe perinde odiſſe dicebant, vt portas inferorum. Præter ſpeciem) In codicibus aliis melius ſcriptum eſt, præter ſpem. Nam paulo ante dixit, Egentes & leues ſpe largitionis & viatico publico priuata etiam benignitate perlectat.

Præter terrorem & metum) Nam locupletes homines & graues, ne ſibi aduerſarentur, teſtimonij denunciatione Lælius deterruit. In ærario) Proponit Cicero, vt refutet qđ dixerat aduerſarius ciuitates in ærario, & in vectigalibus nihil habere tãq; eas ciuitates Flaccus ſpoliauerit & exinaniuerit. In vectigalibus) i. ex pecunia ea quæ ex vectigalibus colligatur. Duę rationes) id eſt duobus modis pecuniã conficiũt Prætores in prouincia, aut mutuando pecuniam ex ærario vel priuatim, aut tributum imponendo. Neutrum feciſſe Flaccũ oſtendit. Conficere pecuniã.

Conficiendæ) id eſt colligendæ & accumulandæ. Vt contra Rullum ad Quirites, Permittitur infinita poteſtas innumerabilis pecunię conficiendę de veſtris vectigalibus nõ fruendis, ſed alienãdis. Verſura). i. mutuatione. De hac voce ſcripſimus pro M. Fonteio. Falſas rationes) id eſt falſas ſupputationes, & vt vulgo loquũtur, falſos cõputos. In tabulas referre). i. ſcribere in tabulis, & vt dicũt, in regiſtro. Ad Hypſeũ) Is eſt, vt arbitror, P. Plautius Hypſeus, qui Milonis cõpetitor Cõſulatũ erat. Literæ Pompeii) Tum pręco Pompeii & Hypſei literas recitauit. His authoribus) Põpeio & Hypſeo. Diſſolutã). i. malam & ſceleratam, quæ veritatis honeſtatis & religionis vinculo colligata non ſit.

Licentiã impudentem) id est licentiã mentiendi impudenter. Nisi forte) Arguit a facilioribus. Facilius enim fuit, vt Græci inimicũ Flaccum, absentem, Lælio impulsore fallerent, q̃ Pompeium amicum, præsentem, nullo impulsore. Et tamen Pompeium fefellerũt. Cn. Pompeium) Cuius authoritas in ista prouincia excellebat, quam nuper & prædonũ & Regum bello liberauit. In L. Flaccum) qui propter ipsum nomen imperij in amore esse non potuerit.

Sed fuerint incorruptæ literæ domi, nunc vero quam habere auctoritatem, aut quã fidem possunt? Triduo lex ad Prætorem deferri, iudicum signis obsignari iubet, tricesimo die vix deferuntur, ne corrumpi tabulæ facile possint, idcirco lex obsignatas in publico poni voluit. At obsignantur corruptæ: quid refert igitur, tanto post ad iudices deferantur, an omnino non deferantur? Quid si testium studium cum accusatore sociatum est? tamen ne isti testes habebuntur? vbi est igitur illa expectatio, quę versari in iudiciis solet? nam antea cum dixerat accusator acriter & vehementer, cumque defensor supplíciter demisseque respondérat: tertius ille erat expectatus locus testium, qui aut sine vllo studio dicebant, aut cum dissimulatione aliqua cupiditatis. Hoc vero quid est? vnà sedent, ex accusatorum subselliis surgunt, non dissimulant, non verentur. de subselliis queror? vna ex domo prodeunt.

Sed fuerint incorruptæ) Postq̃ visus est Cicero satis ostendisse Græcorum literis credendum non esse, id donat aduersario, vt ad sequẽtia sibi faciat transitum. Authore Quintiliano libro. vij. quasdam quęstiones executi donare solemus & concedere. Neq; enim transire, ad alias

possimus, nisi omissis prioribus. Quod ipsum ita fieri oportèt, non vt damnasse eas videamur, vel omisisse, quia possum⁹, etiã sine iis vincere.

Incorruptæ). i. veræ. Domi). i. in Græcia, vbi scriptę sunt. Triduo lex ad Prætorem deferri) Tabulas ab inquisitore scelerum rei repetũdarum Romam delatas, intra triduũ ad Prætorẽ deferri oportere lege cautum esse dicit. Hac quoq; ætate fieri videmus, vt in causis etiam priuatis, quæ appellari solet inquisitio, ad Iudices obsignata mittatur, nec ea petitori ante aut defensori committatur. At obsignantur corruptę) Tã q̃ aduersarii obiectio sit, non solum veras, sed etiã corruptas literas signis iudicum obsignari. Itaq; has nõ esse corruptas, propterea q; vix tricesimo die, quàm Lælius ex Græcia rediit, hæ literæ ad Prętorem delatæ sint. Si testium studium) id est voluntas. i. si testis est amicus accusatori vel inimicus reo: ideoq; vt accusator reum damnari cupiat. Callistratus Iurisc. libro Digestor. xxij. de Testibus, Fidem testiũ non probat, qui vel ei inimici sunt, aduersus quem testimoniũ dicunt, vel amici ei, pro quo dant testimoniũ. Authore Cicerone pro M. Fonteio noluerunt ii qui iudicabant, hanc patere inimicitiis viam, quem quisq; odisset, vt eum testimonio posset tollere. Expectatio) testium, qui loco tertio dicebant. Quid enim dicturi essent, audita accusatione & defensione expectabatur. Nam si eorũ studiũ cũ accusatore sociatum est, quid dicturi sint, scitur non expectatur. Tertius ille erat) Testes nõ semper loco tertio interrogari solitos accepimus. Modo enim ante actionẽ causæ, modo in ipsa actione, sæpius post causæ actionem. Authore Asconio Pediano in causa Milonis testes citati sunt secundum legem, quæ iubebat, vt priusq̃ causa ageretur, per triduum testes audirentur. Cicero Actione in Verrem secunda, dicit, se daturum testes in ipsa actione, vt quum crimen explicauerit, ad id testes accõmmodet. Faciam, inquit, hoc non nouũ, sed ab aliis qui nũc principes nostræ ciuitatis sunt, ante factũ, vt testibus vtar statim. Illud a me nouum iudices cognoscetis, q; ita testes constituam, vt crimen totũ explicem. Vbi id interrogando, argumentis atq; oratione firmauero, tum testes ad crimen accõmodũ, vt nihil inter illam vsitatã accusationem atq; hanc nouã intersit, nisi q; in illa tũ quũ omnia dicta sunt, testes dãtur: hic in singulas res dabũtur, vt illis quoq; eadem interrogandi facultas argumentãdi dicendiq; sit. Quibus verbis satis ostendit in accusatione vsi lata testes dicere solitos esse loco tertio. Cupiditatis) lędẽdi. s. Ex accusatorũ subselliis surgunt) Authore Cicerone pro Sex. Roscio nemo vtitur teste eo, qui de accusatoris subsellio surgit. Non dissimulant) cupiditatẽ. De subselliis q̃ror). i. de testibus ex accusatorũ subselliis surgentibus queror: quum illud grauius sit, q; testes ex domo accusatoris prodeant. Paulus Iurisc. Digestis de testibus, Testis, inquit, eos quos accusator de domo produxerit, interrogari non placuit.

Accusatoris tabulæ de vitiis rei.

Testimoniũ quib⁹ dicere non liceat.

Testes quo loco dicãt testimoniũ.

Testes de domo accusatoris producti.

Si verbo titubarint, quo reuertantur non habebunt. An quisquam esse testis potest, quem accusator sine cura interroget? nec metuat ne sibi aliquid quod ipse nolit, respondeat? Vbi est igitur illa laus oratoris? quæ vel in accusatore antea, vel in patrono spectari solebat? Bene testem interrogauit, callide accessit, reprehendit: quo noluit, adduxit: conuicit, & elinguem reddidit. Quid tu istũ roges Læli, qui prius quàm hoc, te rogo, dixeris, plura etiam effundet, quàm tu ei domi ante præscripseris? Quid ego autem defensor rogem? nam aut oratio testium refelli solet, aut vita lædi, qua disputatione orationem refellam eius, qui dicit, dedimus? nihil amplius in hominem dicendum est. Igitur cum oratio argumentationem non habet, quid dicam in ignotum? Querendum est ergo & deplorandum, id quod iã dudum facio, de omni accusationis iniquitate. primum de communi genere testium. dicit enim natio minime in testimoniis dicendis religiosa. propius accedo. nego esse ista testimonia, quæ tu ipse psephismata appellas: sed & fremitum egentium & motum quendam temerarium Græculæ concionis. intrabo etiam magis, qui gessit, non adest: qui numerasse dicitur, non est deductus: priuatæ literæ nullæ proferuntur, publicæ retentæ sunt in accusatorum potestate: summa est in testibus, hi viuunt cum inimicis, adsunt cum aduersariis, habitant cum accusatoribus. vtrum hic tandem disceptationem & cognitionem veritatis, an innocentiæ labem aliquam aut ruinam fore putatis? Multa enim sunt

Elinguis.

Psephismata.

eiusmodi Iudices, vt etiam si in homine ipso, de quo agitur, negligenda sint, tamen in imitatione atq; in exemplo pertimescenda videantur.

Titubat testis.

Si verbo titubarint) Quintilianus libro. v. testes domi multũ ante versandos, ac variis percõtationibus, quales haberi ab aduersario solẽt, explorandos esse præcipiens, Sic fit, inquit, vt aut constent sibi, aut si quid titubauerint, opportuna rursus eius, a quo producti sunt, interrogatione velut in gradũ reponantur. Quo reuertantur non habebunt) Nam sunt egẽtes) Nec eos Lælius vllo viatico adiuturus sit, quo ipsi in Græciam reuertantur. Aut quo reuertantur) id est in quam domum. Quem accusator sine cura interroget) Nam si ex domo accusatoris testis prodeat, quid ipse dicturus sit, sciet accusator. Eum igitur accusator secure interrogabit, nec metuet, ne sibi respõdeat contra atq; velit. Bene testem interrogauit) Mimesis est. Imitatur enim verba ea quæ dici solebant in accusatoris aut patroni laudatione, qui diligenter testẽ interrogauerat. Quo noluit adduxit) In codicibus aliis scriptum est, quo voluit adduxit. Sed vtroq; modo eadem est sententia, vt sit quo voluit accusator, aut quo noluit testis. Effundet) id est temere loquetur. Oratio) id est dictum & responsum. Vita lædi). i. vita ante acta reprehẽdi, vt inde cognoscatur eos ad dicendũ testimoniũ non admittẽdos. Quibus autẽ dicere testimoniũ nõ liceat, in lib. Digestorũ. 22. de testibus, abunde perscriptũ est. Dedimus.) pecuniã Flacco. Nihil amplius in hominẽ). i. vt in eius orationem nihil dici potest, ita nec in eius vitã, quũ ignotus sit. Argumentationẽ). i. refutationẽ, quę argumentatione fiat. Accusationis) huius. s. Primũ de cõmuni genere testiũ) Specialis cõclusio est per enumerationẽ. Nam strictim & per capita repetit quę ante dicta sunt. Primũ vt auditores memoriæ mãdẽt fidelius & tenacius quę audiuerũt, deinde vt ad audienda sequẽtia ppărẽtur. Postremo vt ea simul collecta maiorẽ vim habeãt, vt sunt argumenta ea quæ turba valent. Propius accedo). i. vltra dico. Quæ tu ipse psephismata appellas) Significat Cicero a Lælio psephismata sæpius appellata, & eam ob rem a se hanc græcã dictionẽ in oratione latina vsurpatã. Intrabo etiã magis). i. interius accedam, & vt vulgo dicunt, ego dicam adhuc vltra. Qui gessit). i. per quem gestum est, vt pecunia daretur. Retentę sunt) ad diem triceſimũ. Summa) id est tota vis causę. Vtrum hic tãdem) Sententia est. Vtrum putatis hos testes produci ad cognoscendam veritatem, an ad innocentem Flaccũ opprimẽdum. In conditione) In codicibus aliis melius scriptum est in imitatione. vt postea dicit, Ne periculosam imitationem exemplí reliquis in posterum proderetis.

Si quẽ infimo loco natum, nullo splendore vitę, nulla cõmendatione famę defenderem, tamen ciuis a ciuibus communis humanitatis iure ac misericordia deprecarer, ne ignotis testibus, ne incitatis, ne accusatoris confessoribus, conuiuis, contubernalibus, ne hominibus leuitate Græcis, crudelitate barbaris, ciuem ac supplicem vestrum dederetis: ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterũ proderetis. Sed cũ L. Flacci res agatur, cuius ex familia qui primus Consul factus est, primus in hac ciuitate COS. fuit: cuius virtute Regibus exterminatis, libertas in Rep. constituta est, quę vsq; ad hoc tempus honoribus, imperio, rerũ gestarum gloria continuata permansit: cumq; ab hac perenni contestataq; virtute maiorũ non modo non degenerauerit L. Flaccus, sed id qđ maxime florere in generis sui gloria viderat, laudẽ patrię in libertatem vindicãdę Prętor adamauerit: in hoc ego reo ne quod pernicioſum exemplum prodatur, pertimescã? in quo, etiam si quid errasset, omnes boni conniuendũ esse arbitrarẽtur: quod quidem ego non modo postulo, sed cõtra Iud. vos oro & obtestor, vt totã causam q̃ maxime intẽtis oculis (vt aiunt) acerrime cõtemplemini. Nihil religione testatum, nihil veritate fundatũ, nihil dolore expressum: contraq; omnia corrupta libidine, iracundia, studio, precio, periurio reperiẽtur. Etenim iã vniuersa istorũ cognita cupiditate, accedã ad singulas querelas criminationesq; Græcorum. Classis nomine pecuniam ciuitatibus imperatam queruntur, quod nos factum Iud. confitemur: sed si hoc crimen est, aut in eo est, q̃ non licuerit imperare: aut in eo, q̃ non opus fuerit nauibus: aut in eo, q̃ nulla hoc Prętore classis nauigarit. Licuisse vt intelligas, cognosce quid me Consule Senatus decreuerit, cum quidem nihil a superioribus continuorum annorum decretis decesserit. SENATVSCONSVLTVM. Proximum est ergo, vt opus fuerit classe, nec ne, quęramus. vtrum igitur hoc Gręci statuent, aut vllę exteræ nationes? an vestri Prętores? vestri Duces? vestri Imperatores? Equidem existimo in eiusmodi regione atq; prouincia, quę mari cincta, portibus distincta, insulis circundata esset, non solum prędidii, sed etiam ornandi imperii causa nauigandum fuisse.

Intẽtis oculis contemplari.

Romanorum magnificẽtia.

Si quem infimo loco natum) Is esset homo, de quo ageretur. Est autem argumẽtum a fictione. A ciuibus) id est a vobis Iudices. Cuius ex familia) Is autem fuit Valerius Publicola. Prætor adamauerit) quũ ad Pontem Miluium Allobroges cum comitatu deprehendit, secq; adiutorem C. Antonio Cos. prębuit in opprimendo Catilinę exercitu. Quod quidem ego non postulo) vt in eo omnes boni conniueant. Nihil religione testatum) Nam ante negauit hęc psephismata iureiurando constricta esse. Nihil dolore expressum) id est nullus dixit testimonium, qui se a Flacco spoliatum doleret. Nam qui numerasse dicitur, non est deductus. Iam vniuersa istorum) Ad alia se transire dicit: quo fit oratio ipsa magis dilucida & auditores magis attẽti. Classis nomine) id est in classem ędificandam. Queruntur) accusatores vel testes a Lælio producti. Aut in eo est quod non licuerit) Argumentum a remotione est, quo docet Flacco Prętori crimen non esse imperare pecuniam classis nomine. Quum quidem nihil) id est quum Senatus decreuerit secundum ea quę superioribus annis continuis decreuerat. Continuorum annorum) id est se continentium. Senatusconsultum) id est Senatusconsultum quod Cicerone Cos. factum est, quod hoc loco pręco recitauit. Id quod fuerit sciri non potest. Licet tamen coniscere eo aut mandatum aut certe permissum Prętoribus, vt prouincię ciuitatibus imperarent in classem & remiges pecuniam. Portibus) id contra Grammaticorum pręceptũ est, quibus portubus non portibus dici placet. Nauigandũ fuisse) i. classem habẽdã fuisse.

Continui anni.

Hæc enim ratio ac magnitudo animorum in maioribus nostris fuit: vt cum in priuatis rebus, suisque sumptibus minimo contenti tenuissimo cultu viuerent, in imperio atque in publica dignitate omnia ad gloriam splendoremq; reuocarent. quæritur enim in re domestica continentiæ laus, in publica dignitatis. Quid? si etiã prędidii causa classem habuit? quis erit tam iniquus, qui reprehendat? Nulli erant prędones. quid? nullos fore quis præstare poterat? Minuis, inquit gloriam Pompeii: immo tu auges molestiam. Ille enim classes prædonum, vrbes, portus, receptacula sustulit: pacem maritimam summa virtute atque incredibili celeritate confecit: illud vero neq; suscepit neq; suscipere debuit: vt si qua vspiam nauicula prædonum apparuisset, accusandus videretur. Itaq; ipse in Asia, cum omnia iam bella, terra marique confecisset, classem tamen iisdem istis ciuitatibus imperauit, quod si tum statuit opus esse, cum ipsius prędentis nomine tuta omnia & pacata esse poterant, quid cum ille decessisset, Flacco existimatis statuendum & faciendum fuisse? Quid nos hic? nonne ipso Pompeio auctore, Syllano & Murena Coss. decreuimus, vt classis in Italia nauigaret? nonne eo ipso tempore, cum L. Flaccus in Asia remiges imperabat, nos hic in mare superũ & inferum sestertium ter & quadragies rogabamus? quid postremo anno? nonne M. Curio & P. Sextilio Quęstoribus pecunia in classem est erogata? quid? hoc omni tempore equites in ora maritima non fuerunt? Illa est enim gloria diuina Pompeii: primum prędones eos, qui tum cum illi bellum

maritimum gerendum datum est, toto mari dispersi vagabantur, redactos esse omnes in potestatem.

Præstare) id est promittere, & verum efficere, id est vt vulgo dicunt, quis auderet dicere? Gloriam Pompeij) qui prędonibus mare purgauit. Tu auges molestiam) quam ei tu facias, si putes reprehendẽdum, si vspiam prædonum nauicula apparuisset. Receptacula) Receptaculum dicitur locus in quem se improbi homines recipiunt. Vt in L. Pisonem, Arma in templo Castoris, O proditor templorum omnium, vidente te constituebantur ab eo latrone, cui templum illud fuit te Consule arx ciuium perditorum, receptaculum veterum Catilinæ militum, castellum forensis latrocinij, bustum legum omnium ac religionum. Receptator locus dicitur pro Milone, Sustinuisset hoc crimen primum ipse ille latronum occultator & receptator locus. Receptatores etiam homines dicuntur, apud quos fures & latrones se recipiunt. Recelatores vulgo appellant. Martianus Iurisconsul. libro Digestorum. xlvij. de Receptatorib⁹, Pessimum, inquit, genus est receptatorũ, sine quibus latere nemo diu potest. Et prędipitur vt perinde puniantur atque latrones. Pacem maritimam) id est in mari pacem eiectis piratis confecit. Vt maritimum bellum dixit pro lege Manilia, Ab eodem Cn. Pompeio omnium rerum egregiarum exempla sumant, qui quo die a vobis maritimo bello prępositus est Imperator, tanta repente vilitas annonę ex summa inopia & caritate rei frumentarię cõsecuta est, vnius spe & nomine, quantam vix ex summa vbertate agrorum diuturna pax efficere potuisset. Pacem confecit) id est fecit & absoluit. Conficere bellum contra dicitur, pro eo quod est belli finem facere. Incredibili celeritate) id est quadraginta dieb⁹. De piratis) quos Pompeius persecutus leges accipere coegit. Plura sunt pro lege Manilia, & apud Plutarchum in vita Cn. Pompeij Ipse in Asia) A minori ad maius probat opus fuisse classe, quũ in Asia Flaccus Prętor erat.

Recepta-culum.

Recepta-to locus, & homo.

Maritimũ bellum & pax.

Conficere bellum & pacem.

Decessisset) ex Asia. Hic) id est Romę & in Italia. Syllano & Murena Coss.) qui post Ciceronem proximi fuerunt. Remiges imperabat) id est pecuniam in classem & remiges. Superum) id est Adriatici, & inferum, id est Tyrrhenũ. Sestertiũ ter & quadragies) id est ex moneta nostra scutatorum amplius centum millia. De hoc genere dicendi apud Budęum plura legere possis. Rogabamus) Non imperabamus sed rogabamus. Nam deuictis bello imperatur, ciues vero rogantur. Postremo) id est superiore. M. Curio erogata) id est a M. Curio rogata & impetrata. Rogare & erogare distant quantum orare & exorare. Bellum maritimũ) quod ei lege Gabinia aduersus piratas mandatum est. Syriam esse nostram) Eam enim & Ciliciam Regi Tigrani Pompeius ademit, vt ait T. Liuius libro. ci.

Erogare.

Deinde Syriam esse nostram, Cilíciam teneri, Cyprum per Ptolemęũ Regem níhil audere, præterea Cretam Metelli vírtute esse nostram, níhil esse vnde proficíscantur, níhil quo reuertantur: omnes sinus, promontoría, líttora, ínsulas, vrbes maritímas claustrís ímperii nostri contíneri. Qz si Flacco Prætore nemo in marí prędo fuísset, tamen huíus dílígentía reprehẽdẽda nõ esset. ídcírco enim, ꝙ híc classem habuísset, exístímarem non fuísse. Quid si L.Eppíi, L. Agrii, C.Cestíi Equitũ Ro. huius etiã clarísssimi viri Cn.Domitii, qui in Asia tũ Legatus fuit, testímonio doceo, eo ípso tẽpore, quo tu ípse negas classem habẽdam fuísse, complures a prædonibus esse captos? tamen Flacci consílium in remígibus ímperãdis reprehẽdetur? quid si etiã occísus est a pirátis Adramítenus homo nobílis, cuius est fere nobis omnibus nomen auditũ, Acínas pugil Olympiónices? hoc est apud Gręcos (quoniã de eorũ grauítate dícimus) prope maius & glorióstus, q̃ Romę triumphasse. At neminẽ cepísti. q̃ multi orę maritímę clarísssimi viri præfuerunt, qui cũ prædonem nullũ cepíssent, mare tamen tutum prędstiterunt? Casus est enim in capiendo, locus, euentus, occasío: defendẽdi facilis est cautío, non solum latíbulis occultorum locorum, sed etíam tempestatum moderatíone & cõuersione. Relíquũ est, vt quęratur, vtrum nostra ísta classis cursu & remis, an sumptu tãtum & líteris nauígarit. Num ígitur negari potest, cuius rei cuncta testis est Asia, bípertito classem dístríbutam fuísse? vt vna pars supra Ephesum, altera ínfra Ephesum nauígaret?

Olympiónices.

Syriam terrarum maximam quondam fuisse, Plínius capite duodecímo líbri quinti author est. De qua ibídem plura scríbit. Cyprum per Ptolemæum Regem níhil audere. Cyprus in Ptolemęorum dítionem Romanis fauentibus concessit. Hic Ptolemęus Cleopatræ patruus Cypri Rex vltimus fuit. Nam quũ P. Clodius in pirátas incidísset, ad Ptolemæum mísit orans vt se redímeret. Rex autem precium mísit ita exíguum, vt pirátæ Regi id remíserint, & Clodium síne vllo precio dímíserint. Itaq; Clodius factus Trib. pleb. cum populo Romano egit, vt Ptolemęus aduersus Romanos bene de se meritos ingratus multaretur, eiusque bona publícarentur. Eam ob causam Catonem míssum ef se in Cyprum, vbi Ptolemęus intellexit, veneno sibi mortem consciuit. Regíjs opibus díuendítis, Cyprus facta est populi Romani prouíncia. Author est Strabo líbro quartodecímo. Quod Cyprus per Ptolemęum Regem níhil auderet, causa erat, quod populi Romani aut Põpeii beneficio Ptolemæus Cypro potiretur. Metelli vírtute) Q. Metellus, vt díxi, deuíctis Cretensíbus Creticus cognominatus est, vt est apud T. Liuium líbris. xcix. &c. Exístímarem non fuísse) prędones in mari scílicet. Huius etiam clarísssimi viri) Significat Cn. Domítium fuísse ex iudícibus in hac causa. Is autem Cn. Domítius est, qui postea in causa Milonis quęsítor fuit. Tum Legatus fuit) Fuit autem, vt arbítror, Legatus L. Flacco. Prętores enim quum in prouíncia erãt, Legatos habebãt. Vt M. Cícero Quinto fratrí Prętori Asíam administranti, q Flacco successit, tres fuísse Legatos scríbit líbro epistolarũ primo ad eundem fratrem. Adramítenus) Acínas ex Adramíteo Asię oppído, qui Pedasus antea dictus est, vt ait Plínius lib. quinto. Olympiónices) id est Olympiorum victor. Vt in líbro Tusculanarum quæstíoníũ primo, Quum Rhodius Diagoras Olympiónices nobílis vno díe duos fílios suos victores Olympiæ vídisset, prope maius & glorióstus. Idem in líbro secundo dícit vti Olympiorum victoría Græcis Cõsulatus ílle antíquus vídeatur. Lex ílla apud Gręcos veteres fuit, vt est in líbro de ínuentione secundo, Qui tyrannum occíderit, Olympionícarum prędmium capíto, & quam volet sibi rem a magístratu sibi deposcito, & magístratus ei cõcedito. Iccírco Acínacis nomẽ permultis auditũ est. In capiẽdo). i. vt q orę maritímę prędest, prędones capiat. Defendẽdi). i. vt se prędo defendat, ne capiatur. Facilis est cautio). i. facile est cauere. Latibulís occultorũ locorũ) Nã quũ in locis occultis prædo latet, nõ facile ínuenitur. Tempestatũ) Tempestatẽ in partẽ vtrãq; dici alias admonuímus. Moderatione). i. tranquíllitate. Cõuersione) .i. sęuitia & maris inclęmẽtia. Sumptu tantũ & líteris). i. quod tantũ expensa & soluta pecunia Flacco sít, nec vllã classem ædificandam curauerit. Bípertito). i. in duas partes. Vt trípertito díxit líbro Tusculanarum quęstíonum, v. At díffidat necesse est, qui bona díuídit trípertito.

Ptolemæus Cleopatræ

P. Clodius captus a pirátis.

Ingratitudo.

Ptolemęi Cyprii bona públicata.

Legati Prętorũ.

Adramíteum.

Olympiónices.

Tyrãnidæ prędmium.

Bípertito. Trípertito.

†Hemo Hac classe M.Crassus vir amplissimus ab Aeno in Asiam,his nauibus Flaccus ex Asia in Macedoniam nauigauit. In quo igitur Prætoris est diligentia requirenda:in numero nauium,& in descriptione æquabili sumptus: dimidium eius, quo Pompeius erat vsus, imperauit: non potuit parcius. Descripsit autem pecuniam ad Pompeii rationem, quæ fuit accommodata L. Syllæ descriptioni, qui cum omnes Asiæ ciuitates pro portione in prouincias descripsisset,illam rationem in imperando sumptu & Pompeius & Flaccus secutus est, neque est adhuc tamen ea summa completa,non refert vero. Quid lucretur:cũ enim genus imperatæ pecuniæ suscipit, id quod tu crimen esse vis,confitetur.Qui igitur probari potest in ea pecunia non referẽda, crimen sibi ipsum facere, in qua crimẽ esset nullum, si referret:At enim negas fratrem meum qui L.Flacco successerit,pecuniam vllam in remiges imperasse. Equidem Q. fratris mei laude delector,sed aliis magis grauioribus atq; maioribus.Aliud quiddam statuit,aliud vidit. Existimauit quocunq; tempore auditum quid esset de prædonibus,q̃ vellet subito se classem comparaturum.Denique hoc primus frater meus in Asia fecit vt hoc sumptu remigum ciuitates leuaret. Crimen autem tum videri solet, cum reliquis sumptus instituit eos, qui antea non erant instituti,non cum successor aliquid immutat de institutis priorum. Flaccus quid alii postea facturi essent scire non poterat, quid fecissent videbat. Sed quoniam de communi totius Asiæ crimine dictum est, aggrediar iam ad singulas ci-

uitates, ex quibus sit sane nobis prima ciuitas Aemonensis.

Ab Aeno)in codicibus aliis mihi videtur scriptum melius, ab Hæmo.Est autem Hæmus Thraciæ promontorium.Sed Ænũ ab Ænea profugo in Thracia conditum Pomponius Mela libro secundo scribit. Hęmus. Ænum.

Prætoris diligentia requirenda) quod satis diligens Prætor Flaccus non fuerit,vel in cognoscendo quanta classe opus fuerit,vel in æquabili sumptus descriptione. In numero nauium)quod nimis multas naues ædificandus curauerit. In descriptione æquabili sumptus) Describere sumptum,& describere pecuniam hoc in loco Cicero dicit, pro eo quod est describere quantum vnaquęque ciuitas debeat soluere: vt in exigendis tributis fieri solet. Aequabilis autem descriptio mihi videtur dici ea,quę sit secundum descriptiones ante factas,vt sit descriptionum superiorum æquabilis quędam secundum proportionem obseruatio. Vt fortuna æquabilis quę non mutatur a Cicerone dicitur in oratione post reditum ad Quirites.Homini nihil est magis optãdum, quam prospera, æquabilis, perpetuaque fortuna. Dimidium eius) Ostendit primum diligentiam Flacci in nauium numero, deinde in æquabili sumptus descriptione requirendam non esse. Quo Põpeius erat vsus) Nam Pompeius in Asia,quum omnia iam bella terra marique confecisset classem,tamen ijsdem ciuitatibus imperauit:vt ante dictum est. Num potuit parcius?) Melius legatur. Non potuit parcius. Ad Pompeij rationem)id est secundum Pompeii descriptionẽ. Describere sumptum.

Qui quum omnes Asiæ ciuitates) Arbitror tum fuisse quum Sylla post Præturam in Cappadociam cum exercitu missus est, vt Ariobarzanem in regnum reduceret. Inde enim redeuntem Syllam Censorinus repetundarum accusauit,quod ex amicorum sociorumque regno magnam contra legem pecuniæ vim compilasset, vt in eius Syllæ vita Plutarchus scribit. In prouincias) id est in partes. Ea summa) quam Flaccus imperauit. Non refert) in tabulas rationum. Est autem aduersarij obiectio. Quid lucretur)id est quantum pecuniæ confecta classe supersit. Genus imperatæ pecunię)id est pecuniam in generali imperatam. Qui igitur probari potest) Argumentum a consequentibus est,ad hanc sententiam,Si referret quantum lucretur, crimen nullum esset:si igitur non referat,crimen ne sit. Qui L. Flacco successerit) Q. Ciceronem fratrem in Asia per triennium cum summa innocentia Prætorem fuisse est in libro epistolarũ M.Tullij ad eundem Q.fratrem primo. Sed aliis magis) Delector,inquit, hac laude Quinti fratris,sed magis delector aliis eius laudibus,quæ sunt grauiores. Quid fecissent)Prętores ij qui ante se Asiam administrauerant. L. Sylla repetundarum reus. Q. Cicero Prętor.

Citat præco voce maxima Legatos Aemonenſes. Procedit vnus Aſclepíades, prodeant. Etíam ne præconem mentírí coegíſtí? eſt enim credo ís vír íſte, vt cíuítatís nomen ſua auctorítate ſuſtíneat? Damnatus turpíſſímís íudícíís domí, notatus líterís publícís: cuíus de probrís, adulteríís ac ſtuprís extant Aemonenſíum líteræ: quas ego non ſolum propter longítudínem, ſed etíam propter turpíſſímam obſcœnítatem verborum prętereundas puto. Díxít publice datum drachmarum. CC. & VI. míllía. díxít tantum, níhíl oſtendít, níhíl protulít, ſed adíunxít íd, quod certe quoníam erat domeſticum, docere debuít, ſe príuatím drachmas CCVI dedíſſe, quantum ſíbí ablatum homo ímpudentíſſímus dícit, tantum nunq̃ eſt auſus vt haberet, optare. Ab Aulo Sextílío dícít ſe dedíſſe & a ſuís fratríbus. Potuít dare Sextílíus: nam fratres quídem conſortes ſunt mendícítatís. Audíamus ígítur Sextílíum. Fratres deníq; ípſí prodeant: q̃ volent ímpudenter mentíantur, & quod nunq̃ habuerínt, dedíſſe ſe dícant: tamen alíquíd fortaſſe coram producti dícent, ín quo reprehendantur. Non deduxí, ínquít, Sextílíum. Cedo tabulas, non deportauí. Fratres ſaltem exhíbe, non denunciauí. Quod ergo vnus Aſclepíades, fortuna egens, vita turpís, exiſtímatíone damnatus, ímpudentía atque audacía fretus, ſine tabulís, ſine auctore legerit, íd nos quaſi crímen aut teſtímonium pertímeſcamus? Idem laudatíonem, quam nos ab Aemonenſíbus Flacco datam proferebamus, falſam eſſe dícebat, cuíus quídem laudatíonís íactura exoptanda nobís fuít

Dediſſe a Sextílio.

nam vt ſignum publícum ínſpexít pręclarus íſte auctor ſuæ cíuítatís, ſolere ſuos cíues cæterosq; Græcos ex tempore, quod opus ſit, obſignare, díxít, Tu vero tíbí habeto íſtam laudatíonem: nec enim Aemonenſíum teſtímonío Flaccí vita & dígnítas nítítur. das enim míhí, quod hæc cauſa maxime poſtulat, nullam grauítatem, nullam conſtantíam, nullum firmum ín Græcís homínibus conſílíum, nullam denique eſſe teſtímonií fídem.

Citat pręco) ad dicendum teſtímonium. Mentíri) qui quum multos citauerat, Aſclepíades vnus prodierít. Vt cíuítatís nomen &c.) id eſt vt vulgo loquuntur, vt cíuítatem ſuam repræſentet. Damnatus turpíſſímís íudícíís.) Lege Iulia de vi cauetur, ne in reum dicere teſtímonium líceat ei qui teſtímonio publico damnatus ſit, vt ait Calíſtratus Iuríſconſult. libro Digeſtorum. xxij. de teſtibus, qui idem negat ad fídem teſtímonií admittendos homines propter notam vitæ ſuæ & ínfamíam. Eodem ín loco Papínianus non putat adulterii damnato licere vt dicat teſtímonium. Literis publícis.) id eſt ſtygmatis, aut re vera líteris Aemonenſíum, quas extare Cicero dicit. Propter longítudínem) id eſt quia longę ſunt & prolixæ. Datum) Quid ſi legas, data? Drachmarum) Drachmam valere tres denarios tu ronicos & ſemíſſem eſt apud Budæum. Eſt autem Græcorum pecunía Níhíl oſtendít) ne tabulas quidem. Domeſticum) id eſt príuatum, & domo prolatum. Príuatím) id eſt vt loquuntur, pro parte ſua.

Drachmarum) drachmas legẽdum eſſe arbítror. Impudẽtíſſímus) id eſt mendaciſſímus. Ab A. Sextílío dícít ſe dedíſſe) id eſt collegiſſe & dedíſſe. vel ſubaudítur acceptum mutuo, vt ſic dícit ſe dedíſſe non de ſuo, ſed acceptum ab A. Sextílío. Cedo.) id eſt produc & exhíbe.

Legerit) collegerit & coegerit. Laudatíonẽ) quã in gratiam Flacci Aemonenſes publice míſerant. Iactura) quod Flacco níhíl proſít, quod eam falſam Aſclepíades dícat. Id autem artificioſum eſt, vt quod ab aduerſarío dictum ſit, id ad vtílítatem ſuam orator cõuertat. Signum) Id per díminutionem ſigillum vulgatius appellant. Præclarus íſte author) Ironía eſt. Ex tempore) id eſt cauſa temporis, ſeruiẽdo tempori, vt vulgo dicunt, ſecundum exigentiam temporis.

Teſtimoníũ quib⁹ non líceat dicere.

Lõgítudo líterarũ.

Drachma.

Dare a Sextílío.

Ex tẽpore.

Nisi vero hactenus ista formula testimonii atq; orationis tuæ describi ac distingui potest. vt Flacco absenti aliquid ciuitates tribuisse dicantur, Lælio præsenti, per se agenti, vi legis, iure accusationis, opibus præterea suis terrenti ac minanti, nihil temporis causa scripsisse aut obsignasse videantur. Equidem in minimis rebus sæpe res magnas vidi Iudices deprehendi ac teneri, vt in hoc Asclepiade. Hæc quæ est a nobis prolata laudatio, obsignata erat cera illa Asiatica, quæ fere est omnibus nota nobis, qua vtuntur omnes non modo in publicis, sed etiam in priuatis literis, quas quotidie videmus mitti a publicanis, sæpe vnicuique nostrum. Neque enim solum testis ipse signo inspecto, falsum nos proferre dixit, sed leuitatem totius Asiæ protulit, de qua nos & libenter & facile concedimus. Nostra igitur laudatio, quam ille temporis causa nobis datam dicit, datam quidem confitetur, consignata creta est: in illo autem testimonio, quod accusatori dicitur datũ, ceram esse videmus. Hic ego Iudices, si vos Aemonensium decretis, si cęterorum Phrygum literis permoueri putarem, vociferarer: & quantum maxime possem, contenderem, testarer Publicanos, excitarem negociatores, vestram etiam conscientiam implorarem, cera depressa, confiderem totius testimonii fictam audaciam manifesto comprehensam atque oppressam teneri: nunc vero non insultabo vehementius, nec volitabo in hoc insolentius, neque in istum nugatorem tanquam in aliquem testem inuehar, neq; in toto Aemonensium testimonio, siue hic confictum

In minimis rebus sæpe res magnę deprehẽduntur.

Creta Asiatica.

est vt apparet, siue missum domo est vt dicitur, commouebor. Etenim quibus ego istam laudationem remittam, quoniam sunt (vt Asclepiades dicit) leues, horum testimonium non pertimescam. Venio nunc ad Dorylensium testimonium, qui producti tabulas se publicas ad speluncas perdidisse dixerunt.

Nisi vero hactenus &c.) Ironia est, qua probat Aemonensium laudationem Flacci credibilem esse eorundem in Flaccum testimonio nõ esse credendum. Vi legis) qua Flacci iudicium constitutum est. Tẽporis causa) Id ante dixit, Ex tempore. Hęc quæ est a nobis prolata) Alia ratione ostendit Aemonensium laudationem veram esse, eorum literas quas in Flaccum Asclepiades profert, falsas esse & corruptas, & Romæ apud D. Lælium scriptas. Creta illa Asiatica) Cera viridi põtifices, cera flaua Reges in obsignandis literis publicis vti solent. Accediteq; literis authoritas a ceræ qualitate. Vt si literas regias publicas cera rubra aut viridi obsignatas videas, corruptas existimes. Hæc laudatio Aemonensium Creta illa Asiatica obsignata est, literę de Flacci testimonio cera obsignatæ sunt. Itaque fidem & authoritatem amittunt. Creta illa Asiatica) Mos erat vt Asiatici creta Asiatica literas suas siue publicas siue priuatas consignarent, quemadmodum apud maiores nostros regiæ literæ publicæ farina macerata, quam pastam vulgo appellant, obsignabantur, quales multas signis integris in cœnobio Diui Germani de Pratis vidi. In quo eodem cœnobio vidi literas vetustissimas in cortice Iuniperi scriptas. A publicanis) qui sunt in Asia. Neque enim testis ipse.) Arbitror legendum esse, Neque enim solum testis ipse &c. Ne pugnet cum eo quod ante dixit, Idem laudationem, quam nos ab Aemonensibus Flacco datam proferebamus, falsam esse dicebat. Ceram esse videmus) Significat has literas in domo Lælij scriptas, & cera obsignatas, quia cretam Asiaticam Lælius domi non habebat. Testarer) id est testes vocarem. Negociatores) qui in Asia tum erant. Vestram etiam scientiam) id est vestram cognitionem. In codicibus aliis scriptum inuenio, vestram etiã conscientiam. Quæ lectio etiam aspernanda non est. Venio nunc ad Dorylensium testimonium) Ad alia testimonia refutanda venire se dicit, quo fiat oratio magis dilucida, & magis attenti auditores. Dorylaum esse Phrygiæ oppidum Plinius libro quinto scribit. Inde Dorylenses.

Cera obsignare.

Creta obsignatę literę.

Regię literæ.

Dorylaũ.

O pastores nescio quos cupidos literarum, siquidem nihil istis præter literas abstulerunt. sed aliud esse causæ suspicamur, ne forte isti parum versuti esse videantur: pœna est, vt opinor, Dorylai grauior, q̃ apud alios, falsarum & corruptarum literarum. si veras protulissent, criminis nihil erat: si falsum, erat pœna. bellissimum putarunt, dicere amissas. Quiescant igitur & me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. Non sinunt. supplet enim ille nescio quis, & priuatim dicit se dedisse. hoc vero ferri nullo modo potest: quia de tabulis publicis recitat, his quæ in accusatoris potestate fuerunt, non debet habere auctoritatem. sed tamen indiciũ fieri videtur, cum tabulę illę ipsę cuiusquemodi sunt proferũtur: cum vero is, quem nemo vestrũ vidit vnq̃, nemo qui mortalis esset, audiuit, tantũ dicit, dedi, dubitabitis Iudices, quin ab hoc ignotissimo Phryge nobilissimum ciuem vindicetis? Atq; huic eidem nuper tres Equites Ro. honesti & graues, cum in causa liberali eum qui asserebatur, cognatum suum esse diceret, non crediderunt. qui hoc euenit? vt qui locuples testis doloris & sanguinis sui nõ fuerit, idem sit grauis auctor iniuriæ publicæ? Atque hic Dorylensis nuper cum efferretur, magna frequentia consessuq; vestro, mortis illius inuidiam in L. Flaccum Lęlius conferebat. Facis iniuste Læli, si putas periculo nostro viuere tuos contubernales: præsertim quod tua negligẽtia factum arbitremur. homini enim Phrygi, qui arborem fici nunquam vidisset, fiscinam ficorum obiecisti: cuius mors te ex aliqua parte releua-

Ponere in lucro.
Aliud agere.
Cuiusquemodi.
Periculo nostro viuere.
Arbor fici

uit. edacem enim hospitem amisisti. Flacco vero quid profuit? qui valuit tãdiu dum huc prodiret, mortuus est aculeo iam dimisso ac dicto testimonio.

O pastores) Testium mendacium irridet. Criminis nihil erat) in illis tabulis Dorylensium nihil erat, qđ Flaccum lęderet. Hoc) q; literas sibi a pastoribus ablatas dixerũt. In lucro). i. ad causę meę vtilitatem. Non sinũt) me hoc in lucro ponere, & aliud agere. Supplet). i. deficiẽtibus iis qui se dedisse dicerent, se dicit priuatim dedisse. Aut supplet. i. loco tabularũ publicarum ad speluncas perditarum alias tabulas profert. Quę in accusatoris potestate fuerũt) Nam triduo ad Prætorẽ eas deferri oportebat, vt ante dictum est. Sed tamen indicium) Obiectio aduersarij est. Tantũ dicit). i non probat. Nobilissimũ ciuem). i. Flaccum vobis notissimum. Nobilem pro noto dici Nonius Marcellus multis probat. In causa liberali) in qua de alicuius libertate aut seruitute agebatur. Sed a meliore facta appellatio est. Asserebatur) id est in libertatem vindicabatur. Non crediderunt) nam eum seruũ iudicauerunt. Locuples) id est cui credi oportet. De teste locuplete alio in loco scripsimus. Sanguinis sui) id est cognati sui. Author iniurię publicę) id est cui committatur, vt vindicet iniuriam publicam, quærendo de L. Flacco. Vt postea, Si hunc habent authorem Tralliani doloris sui. Efferretur) Efferri proprie dicuntur cadauera mortuorum, vt ait Donatus in And. Terentij. Mortis illius inuidiam.) qđ Flacci opera hunc necatum esse Lælius diceret. Periculo nostro) id est ad nostrum periculum. vt nos suis testimoniis opprimant. Tuos contubernales) Hoc verbo significat eorũ testimoniis credendum non esse, q; de domo accusatoris producti sint. Qđ tua negligentia) Lælii enim negligentia factum putat Cicero, vt Dorylensis hic moreretur. Arborẽ fici) Ficus cuius generis atq; declinationis sit, siue pro fructu, siue pro arbore, inter grammaticos disceptatio est. Hoc in loco tam pro arbore q̃ pro fructu Cicero dicit in secunda declinatione. Fiscinam ficorum) Fiscina & fiscella, spartea esse vtensilia ad maioris summę pecunias capiendas. Asconius Pedianus scribit. Vtensile rusticum esse M. Varro significat libro de re Rustica primo, Quæ, inquit, nasci in fundo ac fieri a domesticis poterunt, eorum ne quid ematur, vt fere sunt, quę ex viminibus & materia rustica fiunt, vt corbes, fiscinæ, tribula, mallei, & rastelli. Valuit) id est sanus fuit. Ostendit autem credibile non esse Flacci opera hunc Dorylensem occisum esse. Aculeo iam dimisso.) id est postq̃ dicendo testimonio tantum nocuit, quantum potuit. Est autem translatio ab apibus sumpta.

Liberalis causa.
Author iniuriæ.
Ficus.
Fiscina.

Columen actionis. At iſtud columen actionis tuę Mithridates, poſteaq̃ biduũ retẽtus teſtis a nobis, effudit, q̃ voluit omnia, reprehẽſus, conuictus, fractusq; diſceſſit: ambulat cũ lorica: metuit homo doctus & ſapiens, ne L. Flaccus Scelere ſe alliget. nunc ſe ſcelere alliget, cũ iam teſtẽ illũ effugere non poſſit, vt qui ante dictũ teſtimoniũ ſibi tẽperarit, cũ tamen aliquid aſſequi poſſit, is nũc id agat vt ad falſum auaritiæ teſtimoniũ, verũ etiã maleficii crimen adiungat. Sed de hoc teſte, totoq; Mithridatico, diſſeruit & ſubtiliter & copioſe Q. Hortenſius: nos vt inſtituimus, ad reliqua pergamus. Caput eſt omniũ Græcorũ concitandorũ, qui cũ accuſatoribus ſedet. Heraclides ille Tennites, homo ineptus & loquax, ſed (vt ſibi videtur) ita doctus vt etiã magiſtrum aliorũ ſe eſſe dicat: & qui ita ſit ambitioſus, vt oẽs vos nosq; quotidie perſalutet? Tenni vſq; ad illam ætatẽ in Senatũ venire non potuit. & qui ſe artẽ dicẽdi traditurũ etiã cęteris profitebatur, ipſe omnibus turpiſſimis iudiciis cõuictus eſt. Pari felicitate vna Legatus venit Nicomedes, qui neq; in Senatum vlla Furti & pro ſocio damnatus. conditione peruenire potuit, & furti & pro ſocio damnatus eſt, nam princeps Legationis Lyſanias adeptus eſt ordinem Senatorium, ſed cũ Rẽpublicã nimiũ amplecteretur, peculatus damnatus & bona & Senatoriũ nomen amiſit. Hi tres etiã ærarii noſtri tabulas falſas eſſe voluerunt. nam ſeruos nouẽ ſe profeſſi ſunt habere, cum omnino ſine comite veniſſent.

Columen). i. fuſtẽtatio & decus quaſi culmen, inde columnę authore Donato appellatę ſunt. Terẽtius in Phormione, Oh bone cuſtos ſalue
Columen & Colũnæ. columen vero familię. Cui cõmendaui filium hinc abiens meũ. Cicero

Actione in Verrẽ .v. Timarchides autẽ columen familiæ veſtrę premit fauces defenſionis tuæ. A columna columellas ſeruos maiores domus apud veteres appellatos fuiſſe Donatus probat illo Lucilij dicto, Columellæ. Seruus neq; infidus domino, neq; inutilis cuiq̃, Lucilii columella, hic ſitus eſt Tubero. Biduũ retentus) quum interrogaretur. Effudit). i. temere & inconſiderate dixit. Homo doctus.) Ironia eſt. Se ſcelere alliget). i. obliget ſe ſcelere ipſum Mithridatẽ credẽdo. Quũ iam teſtẽ &c.) Oſtendit Cicero nõ eſſe veriſimile Flaccũ Mithridati feciſſe inſidias. Effugere) Iam em̃ effudit Mithridates quę voluit omnia. Aliquid aſſequi poſſit) ne cõtra ſe teſtimoniũ diceret Mithridates. Potuiſſet q̃ poſſit ſcriberetur cohęrẽtius. Auaritię). i. repetũdarum. Maledicti) Nã Mithridatis cędes, ſi eũ Flaccus necaſſet, in hac cauſa maledictũ eſſet. De ea enim q̃ſtio hę: cõſtituta nõ eſſet. Maledictũ quid ſit, alio loco docuimus. Q. Hortenſius.) qui cũ Cicerone L. Flaccũ defendit.

Tennites) Tennis ex Æolicis vrbibus eſt, vnde Hermagoras fuit is qui de dicendi arte conſcripſit, vt author eſt Strabo lib. 13. Inde Tennites gentile nomen, primę declinationis. Ambitioſus). i. glorię cupidus. Perſalutet) vel vt multos amicos habere videatur, vel vt a nobis inuicẽ ſalutetur. Tenni vſq; ad illã ætatẽ &c.) In cõtẽptũ iudicib9 & odiũ adducit Heraclidem. Eũ enim ita ineptũ & ſtultũ & improbum fuiſſe dicit, vt tã grandi ætate Senator adhuc factus nõ ſit. In Senatum venire dicit pro eo qđ eſt Senatorẽ fieri: vt in ciuitatẽ venire, pro ciuitate donari ſępe dicit pro L. Cornelio Balbo. Omnibus turpiſſimis) Id dicẽdi genus, quãuis cõtra grãmaticoꝝ prœceptionem ſit, Ciceroni tamen infrequẽs omnino nõ eſt. Iudiciis cõuictus eſt). i. iudicatus eſt. Qua ratione oſtẽdit eũ bonũ rhetorẽ nõ eſſe. Cauſas em̃ oratores agebant. Et pro ſocio) Cicero pro Sex. Roſcio de violata ſocietate a T. Roſcio dicens, Recte, inquit, maiores, eum qui ſociũ fefelliſſet, in virorũ bonorũ numero nõ putarũt haberi oportere. Quũ Rẽpublicã nimiũ amplecteretur). i. nimiũ diligeret. Vt pro Milone, Occidi nõ Sp. Meliũ, qui annona leuanda, iacturaq; rei familiaris, quia nimis amplecti plebẽ putabatur, in ſuſpicionẽ incidit regni appetẽdi. Sed ita Rẽpublicã Lyſanias amplectebatur, vt eã ſpoliaret. Peculatus) Peculatum definit Labeo, vt ſit pecunię publicę aut ſacrę furtũ. vt ait Paulus Iuriſcõſult9 lib. Digeſtorũ. 48. ad legẽ Iuliam peculatus. Peculatus pœna, vt eodẽ in loco Vlpianus tradit, aquę & ignis interdictionẽ cõtinet, in quã hodie ſucceſſit deportatio. Porro qui in eũ ſtatũ deducitur, ſicut omnia priſtina iura, ita & bona amittit. Ideo dicit Cicero damnatũ Lyſaniã, & bona & Senatorium nomen amiſiſſe. Hi tres) Heraclides, Nicomedes, & Lyſanias. Ærarij noſtri tabulas) Apud ſcribas ærarij profeſſi ſunt ſe Romam ad dicendũ teſtimoniũ cũ ſeruis nouem veniſſe, quo ipſis maior pecunia pro itinere & viatico numeraretur.

Tennuis. Venire in Senatũ. Omnibus turpiſſimis. Cõuictus iudiciis. Socium fallere. Amplecti plebem. Peculatus

Decreto ſcribendo primum video affuiſſe Lyſaniã, cuius fratris bona, quòd is populo non ſoluebat, Prætore Flacco publice venierunt. Præterea Philippus eſt Lyſaniæ gener & Hermobius, cuius frater Poles item pecuniæ publicę eſt condemnatus. Dicũt ſe Flacco & iis qui ſimul eſſent, drachmarum XV. milia dediſſe: cum ciuitate mihi res eſt, acerrima & conficientiſſima literarum, in qua nummus moueri nullus poteſt ſine quinque Prætoribus, tribus Quęſtoribus, quattuor Menſariis, qui apud illos a populo creantur. Ex hoc tanto numero deductus eſt nemo: & cum illam pecuniam nominatim Flacco datam referant, maiorem etiam aliquam, cum huic iidẽ darent, in ædem ſacram reficiendam ſe perſcripſiſſe dicunt. quod minime conuenit: nam aut omnia occulte referenda fuerunt aut aperte omnia. Cum perſcribunt nominatim Flacco, nihil timent, nihil verentur: cum operi publico referunt, iidem homines ſubito eundem quem contempſerant, pertimeſcunt. Si Prętor dedit, vt eſt ſcriptum, a Quæſtore numerauit: Quęſtor a menſa publica: menſa aut ex vectigali aut ex tributo. Nunquam erit iſtud ſimile criminis, niſi mihi totam rationem omni & perſonarum genere & literarum explicaris. Vel quod eſt in eodem decreto ſcriptum, homines clariſſimos ciuitatis, ampliſſimis vſos honoribus, hoc Prętore circunuentos: cur hi neq; in iudicio adſunt? neq; in decreto nominantur? non enim credo ſignificari iſto loco illum, qui ſe eriget, Heraclidam. Vtrum enim in clariſſimis eſt ciuibus is, quem iudicatum hic duxit Hermippus.

Cõficiẽtiſſima literarum.

Vtrum.

Decreto) quod Tennitæ miſerunt contra Flaccum. Cuius fratris bona) Lyſanię teſtimonio credendum non eſſe oſtendit, quod L. Flacco inimicus fuerit. Inimico teſti credi non oportere antea docuim⁹. Pecunię publicę) id eſt peculatus, vel quod pecuniam publicam deberet, nec eam ſolueret. (Et iis qui ſimul eſſent) vt Legato & comitibus. Res eſt), id eſt negocium eſt. Conficientiſſima literarum) id eſt quæ literas facillime conficiat. Moueri) id eſt publice exigi, & vt vulgo dicũt, leuari. Menſarij) id eſt argentarij numularij, qui trapezitę Græce dicuntur. Ex hoc tanto numero) Prętorum Quæſtorum & Menſariorum, qui numero duodecim erant. Deductus) id eſt ad dicendum teſtimonium huc adductus. Referant) in tabulas publicas. Perſcripſiſſe) id eſt publice ſcripſiſſe. Nam aut omnia &c.) Argumentum ex remotione eſt, quo probat nullam pecuniam a Tennitis Flaccum accepiſſe, nec nominatim, nec in ædem ſacram reficiendam. In ædem ſacram) Aedem ſacram in numero ſingulari dici attendendum eſt. In ædem ſacram reficiendam) Id dictum eſt vſitatius, quam ad ædem ſacrã reficiendam. Reficere ædem dixit, vt reficere domum & porticum dixit libro epiſtolarum ad Atticum quart. Forenſium, inquit, rerũ hæc noſtra conſilia ſunt, domeſticarum autem impedita. Domus ædificator, ſcis quo ſumptu, qua moleſtia reficiatur Formianum. Quod ego nec relinquere poſſum, nec videre. Itemq; Diſturbata porticus Catuli, quæ ex S.C. Conſulum locatione reficiebatur, & ad tectum pene peruenerat. Operi publico) id eſt in ædem ſacram reficiendam. Contempſerant) id eſt non timuerant. Contemnere enim & timere contraria ſunt. A Quęſtore numerauit) id eſt a Quęſtore accepit, vt Flacco traderet. Vt antea, ab A. Sextilio dixit ſe dediſſe. A menſa publica) id eſt a menſarijs, aut ab ęrario. Aut ex vectigali aut ex tributo) Tributũ a vectigali diſtinguere videtur, vt tributi certa ſumma ſit, vectigalis incerta. Vectigal enim modo pluris modo minoris locatur. Tributum autem quia certę ſummę eſt, nunquam locatur. Id tributum vectigal ſtipendiariũ Cicero appellat Actione quinta in Verrem. Aut impoſitum eſt vectigal certum, quod ſtipendiarium dicitur, vt Hiſpanis & pleriſque Pœnorum, quaſi victorię præmium ac pœna belli, aut cenſoria locatio conſtituta eſt, vt in Aſia lege Sempronia. Perſonarum genere) id eſt nominando perſonas eas quę Flacco pecuniam numerauerint. Literarũ) publicarũ, in quibus de hac pecunia perſcriptum ſit. In eodẽ decreto) quod publice ſcriptũ Legati attulerũt. Hoc Prętore) Flacco. Cur hi) clariſſimi viri. Iſto loco) quo in decreto ſcriptũ eſt, homines clariſſimos ciuitatis ampliſſimis vſos honoribus hoc Prętore circunuentos. Dixit Hermippus) Condemnatos. Heraclides Hermippo addictus ab eo ductus eſt, vt poſtea dicet.

Conficiẽs literarum. Mouere numum. Menſarij.

Ædes ſacra. In ædẽ reficiendam. Reficere ędem.

Cõtẽnere. A Quæſtore accipere. Tributũ. Vectigal.

Qui hanc ipſam legationem, quam habet, non accepit a ſuis ciuib⁹, ſed abuſq; Tmolo petiuit: cui nullus honos in ſua ciuitate habitus eſt vnq̃. Res autem ea, quę tenuiſſimis committebatur, huic vni in vita cõmiſſa ſola eſt. Cuſtos T. Aufidio Prętore in frumento publico eſt poſitus: pro quo cum a P. Varino Prętore pecuniam accepiſſet, celauit ſuos ciues, vltroque iis ſumptum intulit. quod poſteaq̃ Tenni literis a P. Varino miſſis cognitum atq; patefactum eſt: cumq; eadem de re Cn. Lentulus, qui Cenſor fuit, Tennitarum patronus literas miſiſſet: Heraclidem iſtum Tenni nemo poſtea vidit. Atque vt eius impudẽtiam perſpicere poſſitis, cauſam ipſam, quæ leuiſſimi hominis animum in Flaccum incitauit, quæſo cognoſcite. Fundum Cymęum Romæ mercatus eſt de pupillo Meculonio, cum verbis ſe locupletem faceret, haberet nihil præter illam impudentiam, quam videtis: pecuniam ſumpſit mutuã a Sex. Scola Iudice hoc noſtro primario viro, qui & rem agnoſcit, neque hominem ignorat, qui tamen credidit P. Fuluii Veratii lectiſſimi hominis fidei. Is cum ſolueret, ſumpſit a C. & M. Fuſiis, Equitibus Rom. primariis viris. Hic hercule, cornici oculum, vt dicitur: nam hunc Hermippum hominem eruditum ciuem ſuum, cui debebat eſſe notiſſimus, percuſſit: eius eiñ fide ſumpſit a Fuſiis. Securus Hermippus Tennũ proficiſcit, cũ iſte ſeſe pecuniã, quã huius fide ſumpſerat, a diſcipulis ſuis, diceret Fuſiis perſoluturum. Habebat enim Rhetor iſte adoleſcentes quoſdam locupletes, quos dimidio redderet ſtultiores, quàm acceperat,

Mercatus de pupillo.

Cornici oraculum. Prouerbiũ

De quo p L. Murena Rhetor dimidio ſtultiores diſcipu. reddi. q̃ acceperat.

vbi nihil poſſent diſcere niſi ignorantiam literarum: neminem quidem adeo infatuare potuit, vt ei nummum vllum crederet. Itaque cum Roma clam eſſet profectus, multosque minutis mutuationibus fraudauiſſet, in Aſiam venit: Hermippoque percontanti de nomine Fuſiano, reſpondet ſe omnem pecuniam Fuſiis perſoluiſſe.

Infatuare.

Vſq; Tmolo) id eſt vſq; a Tmolo, niſi abuſq; Tmolo potius legendũ ſit, vt ſit vſq; a Tmolo, quemadmodum Vergilius dixit in lib. Æneid. ſeptimo, Siculo proſpexit abuſq; Pachynno. Eſt autem Tmolus Lydię mons, vnde Pactolus defluit. in eo monte caſtellum eſt eiuſdem nominis. Author eſt Strabo libris. x. & xiii. Nullus honos habit⁹ eſt). i. nullus magiſtratus datus eſt. Habere homini honorẽ, & habere hominẽ in honore dicimus. Vt pro A. Cluẽtio Per trienniũ maxime ex omnibus ſeruis Stratonẽ illũ dilexerat, in honore habuerat, cõmodis omnibus affecerat. Tenuiſſimis). i. pauperrimis. A P. Varino) qui T. Aufidio ſucceſſit. Celauit ſuos ciues). i. negauit vllã ſe pro hac cuſtodia pecuniã accepiſſe. Iis ſumptũ intulit). i. ab iis p̃ mercede pecuniã accepit. Impudentiã). i. impudens mendaciũ, qua in re ſæpe dicitur. Fundũ Cymęũ) Narratio ſpecialis eſt. Mercatus eſt de pupillo) Vt pro A. Cluentio dixit, Emiſſe de ſectoribus: &, Emit de A. Rupilio. Credidit Fuluij fidei). i. mutuã dedit Fuluio ſpõdente. Fide fortaſſe nõ fidei legendum eſt, vti paulo poſt dicit, Eius enim fide ſumpſit a Fuſiis. Is quũ ſolueret) Quũ Heraclides Sex. Scolę repetẽti pecuniã ſuã ſolueret, verſurã fecit. Nã a Fuſiis Hermippi fide ſũpſit. Cornici oculũ) percuſſit. i. Hermippo tam belle impoſuit, vt Hermippus ipſe exçęcatus viſus ſit, qui ita deceptus ſit ab eo qui ſibi notiſſimus eſſe debebat. De hoc prouerbio Cicero pro L. Murena. Eius fide). i. eo ſpondẽte. Securus). i. de hac ſponſione nihil curãs, quod Heraclidẽ ſatisfacturũ arbitraretur. Infatuare). i. fatuũ facere. Vt in Philippica tertia, Cur magiſter eius ex oratore arator factus ſit, vt poſſideat in agro publico populi Ro. cãpi Leõtini duo millia iugerũ immunia, vt hominẽ ſtultũ magis etiam infatuet mercede publica? Crederet). i. mutuo daret. Inde credita pecunia potius quam debita dicitur. De nomine Fuſiano). i. de pecunia a Fuſiis mutuo accepta.

Vſq; Tmolo.

Tmolus.

Habere honorẽ alicui & aliquem habere in honore.

Inferre ſumptum.

Mercatus de pupillo.

Credere fidei.

Cornici oculum.

Infatuare.

Credita pecunia.

Interim neque ita longo interuallo libertus a Fusiis cum literis ad Hermippum venit. pecunia petitur ab Hermippo. Hermippus ab Heraclida petit. ipse tamen Fusiis satisfacit absentibus, & fidem suam liberat. hunc æstuatem & tergiuersantem iudicio ille persequitur, a Recuperatoribus causa cognoscitur. Nolite existimare Iudices non vnā & eādem omnibus in locis esse fraudatorum & inficiatorum impudentiam. fecit eadem omnia quæ nostri debitores solent. negauit sese omnino versuram vllam fecisse Romæ. Fusiorum se affirmauit nunq̄ omnino nomē audisse. Hermippum vero ipsum pudentissimum atque optimū virum, veterem amicum atque hospitem meum, splendidissimum atque ornatissimum ciuitatis suæ probris omnibus maledictisq̄ vexat. Sed cum se homo volubilis quadam prȩcipiti celeritate dicendi in illa oratione iactaret, repente testimoniis Fusiorū, nominibusq̄ recitatis homo audacissimus pertimuit, loquacissimus obmutuit. Itaque Recuperatores contra istum rē minime dubiam prima actione iudicauerunt. Cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est. Habetis & honestatem hominis, & auctoritatem testimonii, & causam omnem simultatis. Atq̄ is ab Hermippo missus cum ei pauca mancipia vendidisset, Romam se contulit: deinde in Asiam rediit, cū iam frater meus Flacco successisset, ad quē adiit, causam q̄ ita retulit, Recuperatores vi Flacci coactos & metu falsum inuitos iudicauisse. Frater meus pro sua æquitate prudētiaq̄ decreuit, vt si iudicatū negaret

in duplum iret: si metu coactos diceret, haberet eosdem Recuperatores.

Ita) id est valde. Fidem suam liberat) id est quod promiserat persoluit. Æstuantem) id est iratum. Tergiuersantem) Tergiuersari, vt ait No. Marcellus, est dicta mutare & quasi tergū vertere. Iudicio persequitur). i. in iudiciū adducit. A Recuperatoribus) Recuperatores sunt iudices ideo cōstituti, vt ex eorū sentētia suū quisq̄ recuperet, vt qui vi ex possessiōe deiecti sunt, vt qui mutuo pecuniā dederūt. De quib⁹ alio loco. Fraudatorū). i. eorum qui suos creditores fallūt, nec ijs persoluūt. Inficiatorū). i. pecuniā mutuo acceptā negantiū. Versurā fecisse). i. pecuniā mutuo accepisse. Pudētissimū). i. veracissimū. Nominib⁹). i. tabulis, in quibus accepisse se a Fusijs pecuniā Heraclides confiteretur. Audacissimus pertimuit) Antitheton est. Actione prima. i. causa nō ampliata, & qđ vulgo dicūt supra campū. Iudicatū nō faceret) Authore Gellio cap. pri. vltimi libri ex lege tabularū. xij. confessi ęris ac debiti iudicatis. xxx. dies sunt dati cōquirendę pecunię causa, quā dissoluerēt. Eosq̄ dies Decēuiri iustos appellauerūt, velut quoddā iustitiū. i. iuris inter eos quasi interstitionē quandā & cessationē. Quibus diebus nihil cū his agi iure posset. Post deinde nisi dissoluerāt, ad Prętorē vocabātur, & ab eo, quibus erant iudicati addicebantur, neruo quoq̄ aut compedibus vinciebātur. Verba ex lege tabularū. xij. si quis requirat, ea ibidem inueniet. Iudicatū nō facit is, qui dānatus nō facit quod Iudices pronūciaue runt. Addictus Hermipppo). i. a Flacco Prętore Hermippo datus est, vt ei seruiret, quoad pecunia credita ei dissoluta esset. Addictus a seruo quid differat Quintilianus libro. vij. scribit. Seruus, inquit, quum manumittitur, fit libertinus: addictus recepta libertate est ingenuus. Seruus inuito domino libertatē nō cōsequetur, addictus soluendo citra voluntatē domini cōsequetur. Ad seruū nulla lex pertinet, addictus legem habet. Propria liberi, quę nemo habet nisi liber, prȩnomen nomē cognomē tribum, habet hęc addictus. Ab hoc ductus est) neruo aut cōpedibus vinctus. Honestatē hominis) ironia est. Simultatis) id est odij Heraclidę aduersus Flaccū. Missus). i. dimissus. Pauca mācipia) vt ei aliqua ex parte satisfaceret. Falsum iudicauisse). i. falsam & iniustā sententiā tulisse. Si iudicatum negaret). i. Recuperatores falsum iudicauisse diceret. Falsum enim negamus. In duplum iret) Hoc vt arbitror, illam habet sententiam, vt Heraclides illam pecuniam de qua quęstio est, & prȩter eam tantundem deponeret, quam si vinceret, reciperet, sin contra, amitteret. Id aliqua ex parte sacramento simile erat, de quo pro Milone scripsimus. Haberet eosdē Recuperatores) qui Q. Ciceronе Prętore vi & metu coacti non iudicarent.

Liberare fidē suam.
Tergiuersari.
Persequi iudicio.
Recuperatores.
Fraudatores.
Inficiator.
Iudicatū nō facere.
Addictus qui sit.
Iudicare falsum.
Negare iudicatum.
Ire in duplum.

Recusauit,& quasi nihil esset actum, nihil iudicatũ, ab Hermippo ibidem mancipia,quæ ipse ei vendíderat,petere cœpit. M. Gratidius Legatus, ad quem est aditum,actionem se daturum negauit: re iudicata stari ostendit placere. Iterum iste, cui nullus esset vnq̃ consistendi locus, Romam se retulit. Persequitur Hermippus, qui nunq̃ istius impudentiæ cessit. Petit Heraclides a C. Plotio Senatore viro primario,qui Legatus in Asia fuerat, mancipia quædam, quæ se,cum iudicatum esset, per vim vendidisse dicebat. Q. Naso vir ornatissimus,qui Prætor fuerat, Iudex sumitur, qui cum sententiam secundum Plotium se dicturum ostenderet,& ab eo iudice abiret, quòd iudicium lege non erat,causam totam reliquit. Satis ne vobis Iud. videor ad singulos testes accederé? neque vt primo constitueram tantummodo cum vniuerso genere confligere? Venio ad Lysaniam eiusdem ciuitatis, peculiarem tuum Deciane testem. quem tu cum ephebum Tenni cognosses, quoniam te nudus delectarat,semper nudum esse voluisti. Abduxisti Tenno Apollonidem: pecuniam adolescentulo grandi fœnore,fidutia tamen accepta, occupauisti. Hanc fidutiam commissam tibi tenes hodie ac possides,eum tu testem spe recuperandi fundi paterni venire ad testimonium dicẽdum coegisti,qui quoniam testimonium dixit,quidnam sit dicturus, expecto. Noui genus hominum,noui consuetudinem,noui libidinem. Itaque & si teneo quid sit dicere paratus,nihil tamen contra disputabo prius q̃ dixerit: totum enim conuertet atq; alia finget.

Ephebus. Fidutia.

Legatus) Q. Ciceronis. Actionem) id est vt vulgo dicunt, commissionem in ius vocandi, aut agendi potestatem. Cui nullus esset vsquam consistendi locus) Egentes enim ne domi quidem consistere possunt. Itaque ante,quum testes egẽtes significaret Cicero dixit, Qui domi stare non poterant. Nunquam istius impudentię cessit) id est Hunc mendacem iudicio persecutus est. Qui Legatus in Asia fuerat) Fuerat autem Legatus L. Flacci. Quum iudicatum esset) id est quũ sententia a Recuperatoribus cõtra Heraclidam lata esset. Secundum Plotium)id est pro Plotio. Vt pro Roscio Comœdo, Satis etiam iudici fecisse videar,cur secundum Roscium iudicari debeat. Actione in Verrem quarta,Nec cogat ante horam decimam de absente secundũ præsentẽ iudicare. Et pro A. Cecinna, Vt vobis iam Recuperatores nulla dubitatio sit,siue rem,siue verba spectare vultis,quin secũdum nos iudicetis. Sententiam se dicturum) Dicit sententiam tam Senator q̃ Iudex. Iudex vero non Senator fert sententiam. vt alio loco prędcepimus. Ostenderet)significaret aut diceret. Vt pro Cornelio Balbo, Iudices quum sæpe ferrent,palamq; loquerentur quid essent lege Papia de M. Crasso,Mamertinis repetentibus iudicaturi,Mamertini publice susceptа causa destiterunt. Et ab eo iudice abiret) Ita legendum esse arbitror. & ab eo iudice abiit,& quod iudicium lege non erat &c. Iudicium lege non erat) id est nulla lege hoc iudicium constitutum fuerat. Cũ vniuerso genere) id est cum omnibus in generali. Quoniã te nudus delectarat) scõma est. Semper nudum) id est pauperem. Abduxisti Tenno Apollonidẽ) Si hic locus emendat9 est, Apollonidem & Lysaniam pro eodem dixit,vt ostendat qua ratione Decianus Lysaniã semper nudum esse voluerit. Fidutia tamen accepta) Authore Boethio in Commentariis in Topica Ciceronis fiduciam accepit cuicũq; res aliqua mancipatur, vt eam mancipanti remancipet. Velut si quis tẽpore dubio timẽs amico potentiori fundũ mancipet,vt ei quũ tẽpus, quod suspectũ est,prędcterierit,reddat. Hęc mancipatio fiduciaria nominatur, iccirco quod restituẽdi fides interponit̃. Hęc ille, quod fidẽ prędstare debeat is qui fiduciã accepit,idẽ Cicero in eodẽ libro testis est. Si tutor,inquit,fidẽ prędstare debet,si socius,si cui mãdaris,si qui fiduciã acceperit, debet etiã procurator. Hoc tamen in loco fiduciã pro pignore Cicero dicere videtur. Fũdũ enim Apollonidę paternũ pro pignore Decianus acceperat. Pecuniã grandi fœnore occupauisti) Vt nõ multo post, Actum quidem Tralliani,quũ ipsi graui fœnore istã pecuniã multos annos occupauissent,a Flacco tamen omnia quę voluerũt,impetrauerũt. Occupare pecuniã fœnore est eã fœnore collocare,qua tũ vti potest qui accepit,non qui dedit, tanq̃ eam occupauerit, Testimonium dixit) quod in tabulis perscriptum est. Quidnã sit dicturus) prędsens scilicet.

Secundũ Plotiũ iudicare.

Sententiã dicere & ferre.

Abire a Iudice.

Fiduciariã accipere.

Occupare pecuniam fœnore.

Quamobrem & ille ſeruet quod parauit: & ego me ad id quod attulerit, integrum conſeruabo. Venio nunc ad eam ciuitatem, in quam ego multa & magna officia contuli, & quam meus frater in primis colit atq; diligit: quæ ſi ciuitas per viros bonos grauesque homines querelas ad vos detuliſſet, paulo commouerer magis: nunc vero quid putem? Trallianos Meandrio cauſam commiſiſſe homini egenti, ſordido, ſine honore, ſine exiſtimatione, ſine cenſu? vbi erant illi Pythodorus & Lepiſon? cæteri homines apud nos noti, inter ſuos nobiles? vbi illa magnifica & glorioſa oſtentatio ciuitatis? nonne eſſet puditum, ſi hanc cauſam agerent ſeuere, non modo Legatum, ſed Trallianum omnino dici Meādrium? huic illi Legato, huic publico teſti patronum ſuum iam inde a patre atque maioribus, L. Flaccum mactandum ciuitatis teſtimonio tradidiſſent? Non eſt ita Iudices, nō eſt profecto. Vidi ego in quodam iudicio nuper Philodorum teſtem Trallianum, vidi Parrhaſium, vidi Archidemum: cum quidem idem hic mihi Meandrius quaſi miniſtrator aderat, ſubiiciens, quid in ſuos ciues ciuitatemq; ſi vellem, dicerem. Nihil enim illo homine leuius, nihil egentius, nihil inquinatius. Quare ſi hunc habent auctorem Trallani doloris ſui, ſi hunc cuſtodem literarum, ſi hunc teſtem iniuriæ, ſi hunc auctorem querelarum, remittant ſpiritus, comprimant animos ſuos, ſedent arrogantiam, fateantur in Meandrii perſona eſſe expreſſam faciē ciuitatis. Sin iſtum ſemper illi ipſi domi proterendum eſſe & conculcandum putauerunt, deſinant putare auctoritatem eſſe in eo teſtimonio, cuius auctor inuētus eſt nemo. Sed exponā quid in re ſit vt quāobrē iſta ciuitas neq; ſeuere Flaccū oppugnarit, neq; benigne defenderit, ſcire poſſitis. Erat ei Caſtritiano nomine irata, de quo tuto reſpondit Hortenſius, inuita ſoluerat Caſtritio pecuniam iādiu debitam. hinc totum odium, hinc omnis offenſio.

Puditum eſſet.

Miniſtrator.

Venio nūc ad eam ciuitatē) Meandrii Trallianī teſtimoniū refutat. Sunt autē Trallis oppidū ab Argiuis & quibuſdā Thracibus in Aſia conditū in promontorio natura munito. quæ vrbs optime habitatur ab hominibus opulētis, ſi qua alia Aſiaticarum vrbiū bene habitatur, vt ait Strabo libro. 14. Trallis autem vt Alpis, Sardis, & Syrtis in nominatiuo & accuſatiuo numeri pluralis dici Priſcianus libro. vij teſtis eſt. Colit atq; diligit) Attende hoc loco diligere magis eſſe q̄ colere, ne id perpetuū putes qđ Grammatici dicūt, diligimus leuiter, colimus cum veneratione. De quo alio loco fuſius ſcripſimus. Colit etiam pro eo qđ eſt habitat poſſis intelligere, q̄is incolere q̄ colere ſæpius dicat Cicero. Pythodorus & Lepiſon.) Hi Trallianī fuerunt viri optimi. De Pythodoro ſcripſit Strabo quartodecimo ad hanc ſentētiam, Semper aliqui ex Trallianis principes ſunt in prouincia, quos Aſiarchas vocant. in quibus Pythodorus fuit, vir ab initio Nyſſaenſis, poſtea propter claritatem eo commigrauit, & ſingulari cum Pompeio amicitia iunctus fuit. In regales opes ſupra duo millia talentorum poſſidebat, quas a D. Cęſare vęnundatas, propterea quod Pompeii amicus fuiſſet, poſtea redemit, & filiis minores non reliquit. Apud nos noti.) id eſt noti nobis. Agerent.) Trallianī ſcilicet. Subiiciens.) id eſt ſubminiſtrans. Authorem) id eſt defenſorem & vltorem. Spiritus) id eſt ſuperbiam. In Meandrii perſona) id eſt Meandrium ciuitatis perſonam repræſentare. Proterendum) non modo nullo honore afficiendum, ſed vt abiectum conculcandum. Erat ei Caſtritiano nomine) Caſtritio Trallana ciuitas debebat pecuniam. Caſtritius ad Flacci iudicium Trallianam ciuitatem adduxit. Vt Trallianī Caſtritio creditā pecuniam ſoluerent Flaccus iudicauit. Eam ob cauſam Flacco irati Trallianī facti ſunt. De quo toto reſpondit Hortenſius.) Q. enim Hortenſius cum Cicerone hanc Flacci cauſam defendit. Inuita) id eſt Flacci iudicio coacta. Debitā) Participium eſt. Alioqui creditam non debitam dixiſſet. Offenſio) id eſt res propter quam Trallianī offenſi a Flacco ei irati fuerunt. Offenſionē paſſiue, & offenſam actiue dici in Catonem Maiorem Ciceronis ſcripſimus.

Trallis oppidum.

Diligere.

Pythodorus.

Noti apud nos.

Debitus.

Quo cum veníſſet Lælius ad íratos, & íllud Caſtrícianũ vulnus dícendo refrícuíſſet, ſíluerũt príncipes, neq; ín ílla concíone adfuerunt, neq; ípſíus decretí ac teſtímoníí auctores eſſe voluerunt. vſq; eo orba fuít ab optímatíbus ílla cõcío, vt prínceps príncípũ eſſet Meandríus : cuíus língua quaſí flabello ſeditíonís ílla tum eſt egentíũ concío ventílata. Itaq; cíuítatís pudentís, vt ego ſemper exíſtímauí, & grauís, vt ípſí exíſtímarí volũt, ıuſtũ dolorẽ querelasq; cognoſcíte. Quæ pecunía fuerít apud ſe Flaccí patrís nomíne a cíuítatíbus, hanc a ſe eſſe ablatã querũtur. alío loco queram, quíd lícuerít Flacco, nũc tantũ a Trallíanís requíro, quã pecunía̅m a ſe ablatam querũtur, ſuam ne dícãt, ſíbí a cíuítatíbus collatã ín vſum ſuũ, cupío audíre. Non, ínquít, dícímus. Quíd ígítur? delatam ad nos, creditam nobís L. Flaccí patrís nomíne, ad eíus díes feſtos atq; ludos. quíd tum? hanc te, ínquít, capere non lícuít. ıam íd vídero. ſed prímũ íllud tenebo. queritur grauís, locuples, ornata cíuítas, q; nõ retínet alienũ. ſpoliatam ſe dícít, q; íd nõ habet quod eíus non fuít. quíd hoc ímpudentíus dící aut fíngí poteſt? delectum eſt oppídum, quo ín oppído vno pecunía a tota Aſía ad honores L. Flaccí poneretur. hæc pecunía tota ab honoríbus tranſlata ín quæſtum & fœnatíonem, recuperata eſt multís poſt annís: quæ cíuítatí facta eſt ínıuría? at moleſte fert cíuítas, credo. amíſſum eſt ením præter ſpem, quod erat ſpe deuoratum lucrum. At queritur. ímpudenter facít. non ením omnía quæ dolemus, eadem ıure queri poſſumus. At accuſat verbís grauíſſímís,

Orba ab optimatibus.

Lingua flabelliũ ſeditionis.

Deuoratũ ſpe.

non cíuítas, ſed ímperítí homínes a Meandrío concítatí. Quo loco etíam atq; etíam facíte vt recordemíní, quę ſít temerítas multítudínís, quę leuítas propría Græcor̃, quíd ín cõcíone ſedítíoſa valeat oratío.

Leuitas Græcorũ.

Authores) íd eſt príncipes & partícipes. Orba ab optimatíbus) Vt vacuus laude & a laude, líber metu & a metu, ıta orba optímatíbus & ab oprímatíbꝰ dícítur. Vt in líbro Tuſculanarũ Quęſtíonũ. 3. & neſcío quo poeta, Arce & vrbe orba ſum, quo accedã? quo applícem? Vt autẽ probus & probatus, ıta orbus & orbatus dícítur. Vt in eodẽ tertío, Corq; meum penítus turgeſcít triſtíbus írís. Quũ decore atq; omní me orbatum laude recordor. Et in líbro de Amícítía, Moueor ením talí amíco orbatus, qualís, vt arbítror, nemo vnq̃ erít, & vt cõfírmare poſſum, nemo certe fuít. Quaſí flabello) Eſt autem flabellum inſtrumẽtum, quo fít ventílatío, ad calorem vel excítandum vel díminuendum. Terentíus ín Eunucho, Heus tu, ínquít, Dore cape hoc flabellum, & ventulum huíc ſíc facíto, dum lauamur. Ventílata) Ventís ením & tẽpeſtatíbus huíuſmodí conciones compararí ſolent. Itaq; cíuítatís) Alíã cauſam odíí Trallíanorũ ín Flaccum dícít, vt eorũ teſtímonío credẽdũ non eſſe oſtendat. Iuſtum dolorẽ) Ironía eſt. Apud ſe) .í. Trallíbus.

Orba ab optimatibus.

Orbus & Orbatus.

Flabellũ.

Ventílata.

Fuerít a cíuítatíbus) .í. quã cíuítates Trallís cõtulerínt. Alío loco) ín hac oratíone, & paulo poſt. Requíro) .í. q̃ro. Eſt aũt cõpoſítũ pro ſímplící. Ad eíus dies feſtos atq; ludos) Quí prouíncíã íntegre ínnocẽter q; adminíſtrauerat, ín eíus laudem feſtí díes atq; ludí inſtítuebãtur, ad eosq; celebrãdos, pecuníã cíuítates cõferebãt. Vt Marcellea Syracuſaní, & Mutía Aſíaní ín honorẽ M. Marcellí & Mutíí Scęuolę inſtítuerunt. In honorẽ Flaccí patrís vt Valería inſtítuerẽt cíuítates Aſíæ pecuníã cõtulerũt, quã Trallíana cíuítas accepít. Hãc te, ínqt, capere nõ lícuit) Lícuít te capere. & lícuít tíbí capere dícímus. vt paulo poſt, At em̃ iſtã pecuníã huíc capere nõ lícuít. Deuorare ſpe lucrũ) .í. ıam animo cõceptũ. Deuorare pecuníã Cícero díxít, Actione ín Verrẽ. v. Cõmiſſa eſt pecunía tãta Prętorí. Non reperietís hominẽ tímíde nec leuíter hęc ímprobíſſíma lucra líguríentẽ: deuorare omnẽ pecuníã publícã nõ dubítauít. At queritur) Locus híc dialogo ſímílís eſt. Facite vt recordemíní) .í. recordemíní. Vt in líbro de Senectute, Inuítus quidẽ feci, vt L. Flamíníũ e Senatu eíícerẽ. Et pro A. Cluẽtío, Facite vt nõ ſolũ mores eíus & arrogãtíã, ſed etíã vultũ atq; amíctũ, atq; íllã vſq; ad talos demíſſam purpuram recordemíní. Ex comparatíone Romanarum cõcionũ, quæ nonnunq̃ ſíne ſedítíone non ſunt, oſtendít quam ſedítíoſæ ſínt Græcorum conciones.

Marcellea. Mutia.

Licuit te capere & tibi.

Deuorare pecuniã.

Facite vt recordemini.

Hic in grauiſſima & moderatiſſima ciuitate, cum eſt forum plenum iudiciorum, plenum magiſtratuũ, plenum optimorum virorum & ciuium, cum ſpeculatur atque obſidet roſtra vindex temeritatis & moderatrix officii Curia, tamen quantos fluctus excitari concionum videtis? Quid vos fieri cenſetis Trallibus? an id quod Pergami? niſi forte hæ ciuitates exiſtimari volunt, facilius vna ſe epiſtola Mithridatis moueri impellique potuiſſe, vt amicitiam populi Romani, fidem ſuam, iura omnia officii humanitatisque violarent, quàm vt filium teſtimonio læderent, cuius patrem armis pellendum a ſuis mœnibus cenſuiſſent. Quare nolite mihi iſta nomina ciuitatum nobilium opponere: quos enim hoſtes hæc familia contempſit, nunquam eoſdem teſtes pertimeſcet. vobis autem eſt confitendum, ſi conſiliis principum veſtræ ciuitates reguntur, non multitudinis temeritate, ſed optimatum conſilio bellum ab iſtis ciuitatibus cum populo Romano eſſe ſuſceptum: ſin ille tum motus eſt temeritate imperitorum excitatus, patiamini me delicta vulgi a publica cauſa ſeparare. At enim iſtam pecuniam huic capere non licuit. vtrum vultis patri Flacci licuiſſe nec ne? ſi licuit, ſicuti certe licuit, ad eius honores collatam, ex quibus ipſe nihil capiebat, patris pecuniam recte abſtulit filius: ſi non licuit, tamen illo mortuo non modo filius, ſed quiuis hæres rectiſſime potuit auferre. Ac tum quidem Tralliani cum ipſi graui fœnore iſtam pecuniam multos annos occupauiſſent, a Flacco tamen omnia quæ

voluerunt, impetrauerunt. neque tam fuerunt impudentes, vt id quod Lælius dixit, dicere auderent, hanc ab ſe pecuniam abſtuliſſe Mithridatem. quis enim erat, qui non ſciret in ornandis ſtudioſiorẽ Mithridatem q̃ in ſpoliandis Trallianis fuiſſe? Quæ quidem a me ſi vt dicenda ſunt, dicerentur, grauius agerẽ Iudices, q̃ adhuc egi, quãtã Aſiaticis teſtibus fidem habere vos cõueniret. reuocarẽ animos veſtros ad Mithridatici belli memoriã, ad illam vniuerſorũ ciuiũ Rom. per tot vrbes vno puncto temporis miſeram crudelemq; cędem, Prætores noſtros deditos, Legatos in vincula cõiectos, nominis prope Romani memoriã cũ veſtigio imperii non modo ex ædibus Græcorum, verum etiam ex literis eſſe deletam.

Hic) id eſt Romæ. Plenũ iudiciorum) Vt miniſteria pro miniſtris, & ſeruitia pro ſeruis, ita iudicia pro iudicibus dicimus. Curia) quę foro iudiciali proxima eſt. An id quod Pergami) An non id quod Pergami? Vna ſe epiſtola) Mithridates Aſiam occupauit, iſq; ante bellum cum populo Romano ſuſceptũ vnas literas per Aſiam miſit, vt quicquid ibi ciuiũ Romanorũ eſſet, vno & cõſtituto die necaretur. Cuius patrum) L. Flaccum. Mithridate enim Aſiam occupante L. Flacco Conſuli, huius patri, portas tota Aſia clauſit, vt paulo poſt dicet Cicero. Iudicia p iudicibus. Mithridatis crudelitas.

Delicta vulgi) id eſt teſtimonia, quæ vulgi ſunt, non totius ciuitatis.

At enim iſtam pecuniam) Proponit refutandũ qđ modo pollicitus fuerat, licuiſſe Flacco hãc pecuniã accipere. Abſtuliſſe Mithridatem) quũ Aſiam occupauit. Vno puncto temporis) Mithridates vt antea dixi, vnas literas ſecreto miſit ad omniũ Aſię vrbiũ principes, vt triceſimũ diẽ obſeruãtes Romanos oẽs & Italos, qui apud eos eſſent, eorũq; vxores cũ liberis interficerẽt, eosq; inſepultos abiicerent. Author eſt Appianus in Mithridatico. Prętores noſtros deditos) Idẽ ſcribit Q. Oppium Prætorem a Laodicẽſibus Mithridati deditum, & paulo poſt Manĩũ Attilium Legatum in aſino vinctũ iuſſu Mithridatis p̃cedẽte tibicine traductũ. Eodẽ authore Epheſij Romanorũ ſtatuas deiecerũt, quæ Epheſi erant. Ex ædibus Græcorum) quũ Romanos ciues necauerunt. Mithridatis crudelitas.

Mithridatem deum, illum patrẽ, illum conseruatorẽ Asię, illum Euhyum, Bromium, Nysium, Bacchum, Liberum nominabant. vnũ atq; idẽ erat tẽpus, cũ L. Flacco Consuli portas tota Asia claudebat, Cappadocem autẽ illũ non modo recipiebat suis vrbibus, verũ etiã vltro vocabat: liceat hęc nobis, si obluiscinõ possumus, attacere: liceat mihi potius de leuitate Gręcorũ queri, q̃ de crudelitate. auctoritatẽ isti habeant apud eos, quos esse omnino noluerũt. nã quoscũq; potuerũt togatos, interemerũt: nomẽ ciuiũ Ro. quantũ in ipsis fuit, sustulerũt. In hac igitur vrbe se iactant, quã oderũt: apud eos, quos inuiti vident: in ea Republica, ad quã opprimendã nõ animus eis, sed vires deficiũt, & defuerũt. aspiciãt hũc florem Legatorum laudatorũq; Flacci ex vera atq; integra Gręcia, tum se ipsi expendãt, tum cũ his cõparent, tum si audebũt, dignitati horum anteponant suam. Adsunt Athenienses, vnde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortę, atq; in omnes terras distributæ putãtur: de quorum vrbis possessione, propter pulchritudinẽ etiã inter deos certamen fuisse proditum est. Quę vetustate ea est, vt ipsa ex sese suos ciues genuisse dicatur, & †Deorũ eadẽ terra parẽs, altrix, patria, dicatur. auctoritate autem tanta est, vt iam fractum prope ac debilitatum Græciæ nomen huius vrbis laude nitatur.

Athenięn laus.

†Deorũ.

Euhyum) In codicibus aliis Euchium lego: quo nomine Bacchus appellatus est, q̃ illi vota nũcuparent. εὐχή enim votum dicitur. His autẽ Bacchi nominibus Mithridatẽ Asiatici appellabant, q̃ Bacchus

Euchius Bacchus.

fuerit bellator ẽgregius, & huiꝰ opẽ a populi Ro. seruitute liberati esse videbãtur. Cappadocẽ illũ) Mithridatẽ qui Cappadociã a maioribus acceptã possedit, quis Romani hũc ea abire coegerint, vt est apud Appianũ. Authoritatẽ isti habeãt) Artificiosa prohibitio, quę fit per cõcessionẽ. Qualis illa apud Virgiliũ in libro Æn. 4. I, sequere Italiã, ventis pete regna per vndas. Fruges) Cicero Actione in Verrẽ. 5. author est fruges in Sicilia a Cerere primũ inuẽtas: deinde ab eadẽ Athenas esse allatas. Eam ob rẽ Atheniẽses Cererem colũt singulari religione.

Fruges inuentę.

Iura, leges) Vel de Draconis & Solonis legibus intelligit, vel de legibus iis quas Ceres inuenisse dicitur, quę ob id legifera dicitur a Virgilio in libro Æn 4. Mactant lectas de more bidentes Legiferę Cereri. Leges enim, vt ait Seruius, Ceres dicitur inuenisse. Vnde eius sacra Thesmophoria appellãtur. Fingitur autẽ hoc, vt idẽ ait, quia ante inuentũ a Cerere frumentum passim homines vagabantur, quæ feritas rupta est inuẽto frumẽto, propter qđ ex diuisione nata sunt iura. De quorum vrbis possessione) Quũ in agro Attico hic apparuisset subito oliuę arbor, illic aquę magna vis erupisset, Regẽ Cecropem prodigia ista mouerũt. Itaq; misit ad Apollinem Delphicũ scisciatũ quid intelligendũ, quidve faciendũ esset. Ille respõdit, q̃ olea Mineruã significaret, aqua Neptunũ: & q̃ esset in ciuiũ potestate, cuius ex nomine potius duorum deorum, quorum signa illa essent, ciuitas vocaretur. Hoc oraculo accepto Cecrops ciues oẽs vtriusq; sexus ad ferendũ suffragiũ cõuocauit. Is enim mos tum iisdem in locis fuit, vt etiã fœminę publicis consultationibus interessent. Cõsulta igitur multitudine mares pro Neptuno, fœminę pro Minerua tulerũt sentẽtias. Et qa plus vna inuenta fœminarũ est, Minerua vicit, suũq; nomen vrbi dedit. Ea em̃ Græce Ἀθῆνα dicitur. Iratus tum Neptunus æstuãtibus marinis fluctibus Athenienſium agros populatus est. Eius iracundia vt placaretur ab Athenienſibus mulieres ſupplicio triplici affectæ ſunt, vt nulla in posterum ferrẽt suffragia, vt nullus filiorum maternum nomen acciperet, vt ne quis eas Athenas vocaret. Hęc D. Augustinus libro de Ciuitate Dei decimooctauo, ex M. Varronis sententia tradit. Quid de hac contentione Mineruæ & Neptuni Seruius libro Commentariorum primo in Georgica Virgilii scribat, prudens omitto, quia ignotum nemini paulo humaniori arbitror. Possessione autem melius legitur, quàm positione, vt in codicibus aliis scriptum est. Is enim vrbem in tutela & possessiore sua habiturus erat, qui nomen imposuisset. Laudat item Athenas Cicero aliasque ciuitates, quarum testimonia pro Flacco producit, vt earum testimoniis credatur facilius, quemadmodũ testes contra Flaccum productos vituperat, vt iis fidem deroget. Vt ea ex sese suos ciues genuisse dicatur) Vetustatem

Ceres legifera.

Mineruæ & Neptuni cõtẽtio.

Athenarũ nomen.

Fœminæ in publicis consultationibus.

Fœminæ plures viris.

vrbis hac ratione probat. Vrbiũ enim nõ ita vetuſtarũ qui primi ciues fuerint,& vnde aduenerint,literis perſcriptum eſt. Vt primos ciues Romæ fuiſſe paſtores eos qui cum Romulo venerint, deinde Sabinos ignotũ non eſt. Et eorũ) ciuiũ.ſ.in codicibus aliis ſcriptũ eſt,& eorum.

Lacedęm. Adſunt Lacedęmonii: cuius ciuitatis ſpectata ac nobilitata virtus, nõ ſolũ natura corroborata, verũ etiã diſciplina putatur, qui ſoli toto orbe terrarũ ſeptingentos iã annos amplius vnis moribus & nunq̃ mutatis legibus viuunt. Adſunt ex Achaia cũcta multi Legati, Bœotia, Theſſalia, quibus locis nuper Legatus Flaccus Imperatore Metello prętuit. Neq; vero te Maſſilia prętereo, quæ L. Flaccũ militẽ Quæſtoremq; cognoſti: ciuus ego ciuitatis diſciplinã atque grauitatẽ non ſolũ Gręcię, ſed haud ſcio an cunctis gẽtibus anteponendã iure dicã: quę tã procul a Gręcorũ omniũ regionibus, diſciplinis, linguaq; diuiſa, cũ in vltimis terris cincta Gallorũ gentibus, barbarię fluctibus alluatur, ſic optimatũ cõſilio gubernatur, vt oẽs eius inſtituta laudare facilius poſſint, q̃ ęmulari. Hiſce vtitur laudatoribus Flaccus, his innocẽtię teſtibus, vt Græcis Græcorũ auxilio reſiſtamus. Q̃q̃ quis ignorat, qui modo vnq̃ mediocriter res iſtas ſcire curauit, quin tria Gręcorũ genera ſint vere: quorũ vni ſunt Atheniẽſes, quę gẽs Ionũ habetur, Aeoles alteri, Dores tertii nominabant. Atq; hęc cũcta Gręcia, quę fama, quę gloria, quę doctrina, q̃ plurimis artib9, quę etiã imperio & bellica laude floruit, paruũ quẽdã locũ vt ſcitis Europę tenet, ſempq; tenuit: Aſię maritimã orã bello ſuperatã cinxit vrbibus, nõ vt munitã coloniis illã augeret, ſed vt obſeſſam teneret. Quãobrẽ quæſo a vobis Aſiatici teſtes,

Vnis moribus.

Maſſilieñ. laus.

Laudarẽ facilius q̃ ęmulari.

Gręcorũ genera tria.

vt cũ vere recordari voletis quãtũ auctoritatis in iudiciũ afferatis, voſmetipſi deſcribatis Aſiã, nec quid alienigenę de vobis loqui ſoleãt, ſed quid voſmetipſi de genere veſtro ſtatuatis, meminerítis. Nãq; vt opinor Aſia veſtra cõſtat ex Phrygia, Myſia, Caria, Lydia: vtrũ igitur noſtrũ eſt an veſtrũ hoc prouerbiũ: Phrygẽ plagis fieri ſolere meliorẽ: quid de tota Caria: nõne hoc veſtra voce vulgatũ eſt: ſi quid cũ periculo experiri velis, in Care id potiſſimũ eſſe faciũdũ:

Phryx plagis fit melior.

Diſciplina) Lycurgi. Septingẽtos iã annos ãplius) Scribit T. Liuius lib. 38. Lycurgi diſciplinã, cui p octingẽtos annos Lacedęmonij aſſueuerãt, ab Achęis ſublatã eſſe. Eãdẽ a Romanis reſtitutã eſſe Plutarch9 ſcripſit in vita Philopœmenis. Septingẽtos iã annos ãplius) meli9 id dictum eſt, q̃ quo modo vulg9 loquit, amplius q̃ ſeptuaginta iã annos: vt paulo poſt, Ante pedes Prętoris in foro expẽſũ eſt auri põdo cẽtũ paulo minus. Et apd Terẽtiũ, Plus millies audiui, Septingẽtos iã ãnos viuũt. vt paulo poſt, Annos iã trigita in foro verſaris. Militẽ Quęſtorẽq; cognoſti) Intelligẽdũ nõ eſt Flaccũ militẽ & Quęſtorẽ fuiſſe Maſſilię tãq̃ in vrbe ſubiecta po. Ro. Ea em̃ ciuitas libera fuit. Maſſilia aũt regnãte Romę Seruio Tullio cõdita fuit ab iis q ex terra Phocide ab Harpalo Regis Cyri p̃fecto fugati ſũt, vt eſt apd A. Gelliũ cap. 16. libri 10. De diſciplina & ſeueritate Maſſiliẽſiũ aliquot exẽpla ſũt apd Valeriũ Maximũ lib. 2. titulo de iſtitutis antiqs. In vltimis terris). i. in vltima parte terrarũ. Quę gẽs Ionũ habet) Atheniẽſes & Iones, p eadẽ gẽte intelligit, quãuis Ionica lingua & Attica lõge differant. Nõ vt munitã coloniis) Colonię em̃ magna ex parte in littoribus ædificari ſolebãt, vt p̃donũ & hoſtiũ icurſionib9 improuiſis facili9 reſiſtereť, qua ratiõe regio munitior eſſet. In Aſię aũt maritima ora Gręci colonias poſuerũt, vt i eã quoties vellẽt p colonias ſuas etiã cũ exercitu ingrederent, qua ratiõe Aſiã velut ppetuo obſeſſã tenerẽt. Phrygẽ plagis) Hoc ꝓuerbiũ dicit in hoies barbaro & ſeruili ingenio, qui nõ monitis, nõ pudore, nõ honeſtate, ſed tãtũ verberib9 fiũt meliores. De quo Eraſm9 plura. In Caria id potiſſ. eſſe faciẽdũ) Eraſm9 de hoc ꝓuerbio in Care periculũ, docte cẽſet hoc in loco, i Care, nõ i Caria legẽdũ eẽ. Nã ſingula hęc de gẽte nõ de regiõe Cicero dicit. Id aũt ꝓuerbiũ tũ dici idẽ Eraſm9 ſcribit, quũi hoie viliore piculũ faciẽdũ dicim9, in quo ſi parũ feliciter ceſſerit, nõ multũ diſpẽdij capiendũ ſit. Cares em̃ barbaro ſeruiliq; ingenio, ad quiduis malorũ mercede propoſita ferendum parati fuerunt, iiq; primi mortalium mercede militaſſe dicuntur, vt qui vitam ſuam vilem haberent.

Lycurgi leg9 quot annos vſi ſint Lacedęmonij.

Maſſilia.

Vltimæ terrę.

Coloniæ

Phryx p'a gis fit melior.

In Care periculũ.

Despicatui duci. Mysorum vltimus. Lydus seruus.

Quid porro in Græco sermone tam tritum atq; cele bratũ est, q̃ si quis despicatui ducitur, vt Mysorũ vl timus esse dicatur? Nã quid ego dicã de Lydia? quis vnq̃ Græcus comœdiã scripsit, in qua seruus prima rum partiũ non Lydus esset? Quãobrẽ quę vobis fit iniuria, si statuimus vestro nobis iudicio standũ esse de vobis? Equidẽ mihi iã satis superq; dixisse videor de Asiatico genere testiũ, sed tamen vestrũ est Iudi ces omnia quę dici possunt in hominũ leuitatẽ, incõ stantiã, cupiditatẽ, etiã si a me minus dicũtur, vestris animis & cogitatione comprehendere. Sequitur auri illa inuidia Iudaici. Hoc nimirum est illud, q̃ non longe a gradibus Aureliis hæc causa dicitur: ob hoc crimen hic locus abs te Læli atq; illa turba quæsita est. Scis quanta sit manus, quanta concordia, quan tum valet in concionibus. Summissa voce agam, tã tum vt Iudices audiant: neque enim desunt, qui istos in me atque in optimum quenq; incitent: quos ego quo id facilius faciant, non adiuuabo. Cum aurum

Aurũ Hie rosolymi tanum.

Iudæorum nomine quotannis ex Italia & ex omni bus vestris prouinciis Hierosolymam exportari so leret, Flaccus sanxit edicto, ne ex Asia exportari lice ret. Quis est Iudices, qui hoc non vere laudare pos sit? exportari aurum non oportere, cum sæpe antea Senatus, tum me Cõsule grauissime iudicauit. Huic autem barbarę superstitioni resistere, seueritatis: mul titudinem Iudæorum flagrantem nonnunquàm in

Põpeiꝰ aurũ Hierosolymitanũ nõ attigit.

concionibus, pro Rep. contemnere, grauitatis sum mæ fuit. At Cn. Pompeius captis Hierosolymis, vi ctor ex illo fano nihil attigit.

Partes pri mæ.

Primarum partium) Authore Asconio Pediano comœdia quinq; actus habet, hoc est, quinquies dicitur in scena. Est ergo persona prima rum partiũ quę sæpius actu regreditur, secundarũ quę minus minusq; procedit. Terẽtius in Phormione, Quia primas partes qui aget, is erit Phormio. Hęc ille. Hunc locũ enarrans Donatus, Primas nũc, inquit, maximas. Ad actorẽ enim retulit. Cicero in Diuinatione, In actoribus Græcis fieri videmus sępe illũ, qui est secũdarũ aut tertiarũ partiũ, quũ possit aliquãto clarius dicere, q̃ ipse primarum, multũ submittere, vt il le princeps q̃ maxime excellat. Inde primas pro principatu & excellen

Primas partes age re.

tia sępe licet inuenire. Vt de Claris Oratoribꝰ, Primas in causis agebat Hortẽsius. Idẽ lib. de Oratore 3. de actione scribẽs, Huic primas dedisse Demosthenes dicitur, quũ rogaretur, quid in dicẽdo esset primũ, huic secũdas, huic tertias. Et lib. de Orat. ad Brutũ. Vt iã nõ sine causa Demo sthenes tribuerit & primas & secũdas & tertias actioni. Et lib. de Orat. 2. Nõ possum equidẽ nõ ingenio primas cõcedere. Idẽ de claris Oratoribꝰ, Erat excellẽs iudicio vulgi, & facile primas tenebat adolescẽs. Idem de Oratore ad Brutũ. M. Antonius, cui vel primas eloquẽtiæ patrum no strorũ tribuebat ætas, vir natura peracutus & prudẽs. Itẽq;, Quis vnq̃ dubitauit quin in Rep. nostra primas eloquẽtia tenuerit, semp vrbanis pacatisq; rebus, secũdas iuris sciẽtia? Nõ longe a gradibꝰ Aurelijs, Gra dus Aurelij, forũ Aureliũ, & tribunal Aureliũ a Cicerone sępe dicit. Eo

Aurelij gradus.

improborũ hoim ad tumultũ & cędẽ faciendã paratorũ multitudo con ueniebat. vt scripsimꝰ in primã Inuectiuarũ Ciceronis, Ad hos gradus Aurelios magno tumultu actã fuisse causã C. Iunij p. A. Cluẽtio scripsi mus. Hũc locũ agẽdę huiꝰ causæ non lõge a gradibꝰ Aurelijs Læliꝰ de legit, vt eos gradꝰ Aurelios improbis hominibꝰ & seditiosis cõpleret, q in Flaccũ & Ciceronẽ incitarẽtur, quũ Cicero inuidiã auri Hierosolymi tani a Flacco amoliret. Cõcordia) ironia est. Tãtũ vt Iudices audiãt) Non ij, q ad gradus Aurelios collocati sunt. Nõ adiuuabo) Nã submis sa voce agã. Hierosolymã) Hierosolyma Iudę vrbs oriẽtis vrbiũ longe

Hierosoly ma.

clarissima fuit, vt ait Plinius cap. xiiij. libri quinti. Hierosolyma quoq; in numero plurali dici paulo post inuenias. Barbarę superstitioni, Iudęo rũ religionẽ, q̃ a Deo immortali Mosi tradita est, superstitionẽ Romani sępe appellauerũt, quũ eorũ superstitio re vera nõ religio fuerit, cuiꝰ ne

Hierosoly ma capta.

vestigiũ qdẽ relictũ sit. Flagrantẽ). i. æstuatẽ & tumultuantẽ. Captis Hierosolymis) Cn. Põpeiꝰ anteq̃ bellũ Mithridaticũ cõfeciſſet, Iudęam subiugauit, & Hierosolymã vi cepit. Ea vrbs fossã habebat ĩ lapide excisã quadragĩta pedes altã, ccl. latã. Põpeiꝰ obseruato ieiunij die, quo ab omni ope Iudęi abstinerẽt impleta fossa, & admotis scalis i vrbẽ igressus, mœ nia euerti iussit, & Iudęorũ Regẽ Aristobolũ cepit, q a Romanis desci uerat. Authores sunt Strabo libro xvi. & Appianus in Mithridatico.

Aristobol.

In primis hoc, multa alia sapienter. in tam suspicioſa ac maledica ciuitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. non enim credo religionem & Iudæorum & hostium impedimento præstantissimo Imperatori, sed pudorem fuisse. Vbi ergo crimen est? quoniam quidem furtum nusquam reprehendis, edictum probas, iudicatum fateris, quæsitum & prolatum palam non negas, actum esse per viros primarios res ipsa declarat. Apameæ manifeste comprehensum, ante pedes Prætoris in foro expensum est auri pondo centum paulo minus per Sextum Cesium Equitem Romanum castissimum hominem atque integerrimum: Laodiceæ viginti pondo paulo amplius per hunc C. L. Peduceum Iudicem nostrum: Adramyttii per Cn. Domitium Legatum: Pergami non multum auri ratio constat. aurum in ærario est, furtum non reprehenditur, inuidia quęritur, a iudicibus oratio auertitur, vox in coronam turbamque effunditur. Sua cuique ciuitati religio Læli est. nostra nobis. stantibus Hierosolymis, pacatisque Iudæis, tamen istorum religio sacrorum a splendore huius imperii, grauitate nominis nostri, maiorum institutis abhorrebat: nunc vero hoc magis, quòd illa gens quid de imperio nostro sentiret, ostendit armis, quàm chara diis immortalibus esset, docuit, quòd est victa, quòd elocata, ꝙ seruata. Quamobrem quoniam quod crimen esse voluisti, id totum vides in laudem esse conuersum, veniamus iam ad ciuium Romanorum querelas. Ex quibus sit sane prima Deciani.

Iudęorum religionē eleuat.

Elocata.

Furtum nusquam reprehendis) id est nusquam ostendis Flaccū ex hac pecunia quicq̄ accepisse. Edictū probas) quo Flaccus sanxit, ne ex Asia pecuniā exportari liceret. Iudicatū fateris) Nā exportari aurū nō oportere, quū sępe antea Senatus, tū Cicerone Cos. grauissime iudicauit. Prolatū palā) Nā ante pedes Prętoris expensū est. Per viros primarios) Cesiū, Peduceū, Domitiū. Apameę) Apamea Asię oppidū est, qđ antea Celenas, deinde Ciboton appellauerūt. Expēsum est auri pondo centum paulo minus) Vulgo ita loquerentur, expēsum est paulo minus quam centum pondo auri. Castissimum hominem) Castus authore Nonio Marcello dicitur aliquando a furtis & rapinis abstinēs. M. varro, Nec manus viſco tenaci tinxerat viri casta. Castū quoq; periuro contrariū esse Cicero significat pro Roscio Comœdo, Quis quē fraudasse dicatur? Roscius Fanniū? Quid est hoc probus improbū? pudens impudentē? periurū castus? callidū imperitus? liberalis auidū? Incredibile est. Laodiceę) Laodicea vrbs Asiæ celebertima fuit, Lyco flumini imposita, primum Diospolis, deinde Rhoas appellata, vt ait Plinius libro quinto. Per hunc C. L. Peduceū) Valerius Probus in libro de interpretandis Romanorum literis scribit per C. L. significari Caii libertum, vel Caium libertum. C. Peduceum forte scribi oporteat. C. cuiusdam Peducei Cicero meminit in libro Epistolarum familiarium. xij.

Apamea.

Castus hō

Laodicea.

Adrymeti) Adramyttij legendum esse arbitror. Nusquam enim memini legere Adrymetum vrbem esse Asiæ. Adramyttium autem Pōponius Mela libro primo, & Strabo libro. xiij. inter Asiæ vrbes numerant. Per Cn. Domitiū Legatū) Hoc in loco arbitror desiderari quot pondo Adramyttij expēsa sint. Non multum auri ratio constat) id est quot auri pondo expensa sint non constat. Inuidia quęritur) in Flaccum. A iudicibus oratio auertitur) Nam ad turbam quæ in gradibus Aurelijs erat, orationem in hac quæstione auri Hierosolymitani Lælius aduertit. Stantibus Hierosolymis) antequam Pompeius cum Iudęis bellū gereret. Tamē istorū) Quid si tum non tamen legas? Ostēdit armis) quum a Romanis desciuit. Quā chara diis immortalibus) Parum charam diis immortalibus hanc gentem fuisse ostendit, quod eam dij ipsi nō adiuuerint, sed bello vinci passi sint. Vt pro Q. Ligario, Causa tum dubia, quod erat aliquid in vtraque parte, quod probari posset. Nunc melior certe ea iudicanda est, quam etiam dij adiuuerint.

Adramyttium.

Diis grati non sunt qui vincūtur.

Elocata) id est loco & dignitate mota, vel facta tributaria. Vt elocatum fundum, qui locatus sit, Cicero Actione in Verrem quinta appellat. Xenon ad se pertinere negabat, fundū elocatum esse dicebat. Seruata) id est serua facta. Ad ciuium Romanorum querelas) In accusatione Lælius dixerat ciues Romanos qui in Asia negociarentur, queri de Flacco, quod ab ijs pecuniam exegisset.

Elocatus.

Quid tibi tandem Deciane iniuriæ factum est? negociaris in libera ciuitate. Primum patere me esse curiosum: quousque negociabere? præsertim cum sis illo loco natus. Annos iam triginta in foro versaris, sed tamen Pergameno. Longo interuallo, siquando tibi peregrinari commodum est, Romam venis, affers faciem nouam, nomẽ vetus, purpuram Tyriam. in qua tibi inuideo, quòd vnis vestimentis tam diu lautus es. Verum est, negociari libet: cur non Pergami? Smyrnæ? Trallibus? vbi & multi ciues Ro. sunt, & ius a nostro magistratu dicitur? ocium te delectat: lites, turbæ, Populus Romanus odio est, Græcorum libertate gaudes: cur ergo vnus tu Apollonienses amãtissimos Populi Romani, fidelissimos socios, miseriores habes, quàm aut Mithridates, aut etiam pater tuus habuerit vnquam? cur his per te frui libertate sua? cur denique esse liberos non licet? homines sunt tota Asia frugalissimi, sanctissimi, a Græcorum luxuria & leuitate remotissimi, patresfamilias suo cõtenti, aratores, rusticani: agros habent & natura perbonos, & diligentia culturaque meliores. In hisce agris tu prædia habere voluisti. Omnino mallem (magis erat tuum, si te crassi agri delectabant) hic alicubi in Crustumino, aut in Capenati parauisses. Verum esto, Catonis est dictum, pedibus compensari pecuniam.

Vna vestimenta.

Pedib⁹ cõpensari pecuniam.

Primum ostendit querelæ Deciani credendum non esse, propterea quod is Flacco iratus erat, quia ab eo Prætore ob auaritiam & crudelitatem damnat⁹ fuerat. In libera ciuitate) Apolloniam, vt arbitror, intelligit. Libera ciuitas quę sit scripsimus pro Cornelio Balbo. Quousque negociabere?) Mercaturam quæ satiata quęstu vel contenta potius sit, Cicero in libro de Officiis primo laudat. Iccirco quæ nunquam contenta sit, vituperanda est. Illo loco) id est illa generis dignitate.

Faciem nouam) id est mutatam. Annis enim triginta hominis facies multum mutatur. Nomen vetus) Nam nomen non mutatur. Purpuram Tyriam) id est vestem purpuream. Purpura Tyria cur appellata sit, videre licet apud Politianum in Miscellaneis cap. xij. Vnis vestimentis) Vrbanitas est, qua irridet sordes Deciani, qui tanto tempore vno vestimẽto vtatur. Vt in nostra Gallia dici solet, quum quis vnica veste longum tempus vtatur, colorem vestis ei placere. Vna autem vestimenta plurali numero dixit, quod vestimentum etiam capitis, pedum, aliarumq; corporis partium indumentum sit, quę indumenta tam longo tempore Decianus non mutauit. Cur non Pergami?) Id videtur pugnare cum eo quod paulo ante dixit, Annos iam triginta in foro versaris, sed Pergameno. Arbitror autem ita intelligi oportere, vt Apollonię Decianus negociatus sit & commoratus, sed in foro Pergameno versatus. Aut ita legendum esse, Cur Pergami, nõ Smyrnæ aut Trallibus? Multi ciues Romani) qui negociantur. A nostro magistratu) id est a Prętore Romano. Apollonienses) Hos significat socios populi Ro. ac liberos fuisse. Habes) id est facis. Tota Asia frugalissimi) Dicendi genus attendẽdum est. Nam vsu sermonis quotidiani dicerent, Totius Asię frugalissimi. Quamuis autem frugalem dici Grãmatici negẽt, frugalitas tñ frugaliter & frugalissimus dicit. Vt lib. Tusculanarũ quæst 3. Eas tres virtutes fortitudinẽ iustitiã prudẽtiã frugalitas est cõplexa. Et si hoc quidẽ cõmune est virtutũ. Omnes eñ inter se nexę & iugatę sunt. Reliqua igitur & quarta virtus, vt ipsa sit frugalitas necesse est. Itẽq; paulo post, Frugalitas, vt opinor, a fruge, qua nihil melius e terra oritur. Libro de Finib⁹ secũdo, Quod bene, id recte frugaliter, honeste. In Verrẽ Actione tertia, Homo autẽ ordinis sui frugalissimus. Diligẽtia culturaq; meliores) Vt ingenia ita agri qui boni sunt, diligẽtia cuituraq; fiunt meliores. Crassi) id est boni & pingues. Hic alicubi) In Italia. In Crustumino) Crustumiũ Italię oppidũ erat prope Veios, nõ longe ab vrbe Roma distans. Oppidi veteris nomẽ retinet ager Crustuminus, in quo natũ fœnũ ibidẽ noxiũ, extra salubre est. Author est Plini⁹ libris secũdo & tertio. In Capenati) Capena oppidũ fuit haud procul ab vrbe Rom. Inde Capenas gentile nomẽ. Verũ esto) Quod improbauit, donat Deciano, vt ad sequẽtia trãseat. Pedib⁹ cõpẽsari pecuniã) Librũ vbi id Cato dicat, nõ extare arbitror. Illã tñ esse puto sentẽtiã, Agros ita bonos emi, vt p singulis pedib⁹ detur pecunia. Agri enim steriles paruo emuntur, nec prò singulis pedibus datur pecunia. Quum fundi bonitatem significant, id vulgo dicũt, si fundus solidis numis operiretur, non emi quantum valeat.

Asia tota frugalissimi.

Frugalis non dicit.

Frugaliter & frugalitas.

Crassus ager.

Crustuminum.

Capena.

Pedib⁹ cõpensari pecuniam.

Longe omnino a Tíberí ad Caícũ: quo ín loco etiam Agamẽnon cum exercitu erraſſet, níſi ducem Telephum ínueníſſet. Sed concedo íd quoq;, placuít oppídum, regío delectauít, emíſſes. Amyntas eſt genere, honore, exíſtimatione, pecunía, princeps íllíus cíuitatís: huíus ſocrũ, mulierẽ ímbecílli conſílíí ſatís locupletẽ pellexít Decíanus ad ſeſe, & cũ íllа quíd ageretur, neſcíret, ín poſſeſſione prędíorũ eíus famílíam ſuã collocauít: vxorẽ abduxít ab Amynta prægnantem, quę peperít apud Decíanũ fílíam, hodíeq; apud Decíanũ eſt & vxor Amyntæ & fílía: nũ quíd harum rerũ a me fíngítur Decíane? ſcíũt hęc omnes nobíles, ſcíunt boní vírí, ſcíũt deníq; noſtrí homínes, ſcíũt medíocres negocíatores. Exurge Amynta, repete a Decíano, nõ pecuníã, nõ prędía: ſocrũ deníq; ſíbí habeat, reſtítuat vxorem, reddat míſero patrí fílíam. Membra quę debílítauít lapídíbꝰ, fuſtíbus, ferro: manus, quas cõtudít: dígítos, quos cõfregít: neruos, quos cõcídít: reſtítuere non poteſt. Fílíã, fílíã ínquã ærũnoſo patrí Decíane redde. Hęc Flacco te nõ ꝓbaſſe míraríſ? cuí quęſo tandẽ probaſtí? emptíões falſas, prędíorũ proſcríptíones cũ mulíerculís aperta circũſcríptíone fecíſtí. Tutor hís rebus Græcorũ legíbus aſcríbendus fuít. Polemocratem ſcrípſíſtí mercenaríũ & adminíſtrum conſílíorũ tuorum. Adductus eſt ín íudícíum Polemocrates de dolo malo & de fraude a Díone huíus ípſíus tutelæ nomíne, quí concurſus ex oppídís fínítímís vndíq;? quí dolor anímorum? quæ querela? condẽnatus eſt Polemocrates ſentẽtíís omnibus, írrítę vendítíones, írrítę proſcríptíones: num reſtítuís?

Iudiciũ de dolo malo

Longẽ omnino a Tyberi.) Significat agros eos qui ad Tyberim ſunt, ſteriles eſſe, quales ſunt qui in Pupinia ſunt, de quibus eſt apud Valerium Maximum libro. 4. titulo de Paupertate. Eos autem qui ad Caicum ſunt eſſe admodum fœcundos. Eſt autem Caicus fluuius ex Myſia veniens, vt ait Plinius libro. v. Myſum Caicum Virgilius appellat in libro Georg. 4. Etiam Agamemnon cũ exercitu erraſſet.) Hoc arbitror dici ad ſignificandã magnã vbertatem agrorũ qui ad Caicum ſunt. Niſi ducem Telephum inueniſſet) Telephus Herculis filius ex Augea Alcei Arcadiæ Regis filia Myſiæ Rex fuit, vt fuſius licet videre apud Diodorum Siculum libro. v. Eum ducẽ Græcorũ ad Troianum bellum proficiſcentiũ factũ eſſe Dictys Cretenſis libro ſecundo de bello Troiano ſcribit. Vbi multa de hoc Telepho legere licet. Emiſſes) id eſt emere debuiſſes. Amyntas eſt genere) Narratio ſpecialis eſt. Illius ciuitatis) Apolloniæ. Imbecilli cõſilii) Cuiuſmodi, ſolẽt eſſe mulieres probæ. Quid ageret). i. quid Decianus agere vellet. Prędiorũ eius) mulieris. Collocauit) Decianus. Vxorẽ abduxit) Authore Donato in Hecyrã Terentij, vt accerſi vxor ad maritum, ita abduci a marito dicitur. Membra quę debilitauit) Membra filię Amyntę intelligi arbitror. Deciani crudelitatem oſtendit. Hæc Flacco te non probaſſe). i. te ob hæc a Flacco damnatũ. Circũſcriptione). i. deceptione & circũuentione. Id enim circũſcribere ſignificat. Vt libro Academicarũ Quęſtionũ quarto, Fallacibus & captioſis interrogationibus circũſcripti atque decepti quidã, quũ eas diſſoluere nõ poſſunt, deſciſcunt a veritate. Et libro de Officiis tertio, Iſte dolus malus legibus erat vindicatus, vt tutela. xij. tabulis, & circũſcriptio adoleſcentium lege Lectoria. Græcorum legibus) Etiam Romanorum legibus. Nam, vt ait Cicero pro Murena, mulieres omnes propter infirmitatem conſilij maiores in tutorũ poteſtate eſſe voluerunt. Itaq; nihil iis licet facere ſine tutorum authoritate. Aſcribendus) id eſt interponendus, hoc eſt, tutoris authoritas interponi debuit. Scripſiſti) id eſt vt tutorem aſcripſiſti. Adminiſtrũ conſiliorum tuorum) id eſt qui conſilio tibi adminiſtrat, cuius conſilio vteris. Huius ipſius tutelę nomine.) quia tu eum velut tutorẽ aſcripſiſti, qui tamen tutor non erat. Qui concurſus ex oppidis finitimis vndique?) Celebritatem cauſæ dicit, vt maiorem Deciani fraudem oſtendat. Sententiis omnibus.) Iuſtum iudicium oſtendit. Irritæ proſcriptiones) Proſcribere eſt libellum quendam rei venali affigere, quo ea res venalis eſſe cognoſcatur. Vt hic ſæpe videre licet, quum domus venalis eſt. Vt in libro de Officiis tertio, Claudius proſcripſit inſulam, vendidit: emit P. Calpurnius Lanarius. Huic ab Auguribus illud idem denunciatum eſt. Itaque Calpurnius quũ demolitus eſſet, cognoſceretq; Claudium ædes poſtea proſcripſiſſe, quã eſſet ab Auguri-

Caicus.

Telephus.

Abducere vxorem a marito.

Circũſcribere.

Mulieres ſub tutela.

Proſcribere rem.

bus demoliri iussus, ad arbitrum illum adegit. Et paulo post, Sic tu quũ ædes proscribas, tabulam tanquam plagam ponas.

Defers ad Pergamenos, vt illi reciperent in suas literas publicas præclaras proscriptiones & emptiones tuas. repudiãt, reiiciunt. at qui homines? Pergameni laudatores tui. ita enim mihi gloriari visus es laudatione Pergamenorum, quasi honorem maiorũ tuorum assecutus esses: & hoc te superiorẽ putabas esse q̃ Lælium, q̃ te ciuitas Pergamena laudaret. Num honestior est ciuitas Pergamena, q̃ Smyrnęa? an ne ipsi quidem dicunt? Vellem tãtum habere me ocii, vt possim recitare psephisma Smyrnęorũ quod fecerunt in Castritium mortuum, primũ vt in oppidũ introferretur, quod aliis non conceditur: deinde vt ferrent ephebi, postremo vt imponeretur aurea corona mortuo. Hæc P. Scipioni clarissimo viro, quũ esset Pergami mortuus, facta non sunt. At Castritium quibus verbis dii immortales, decus patriæ, ornamentum populi Romani, florem iuuentutis appellant? Quare Deciane, si cupidus es gloriæ, alia ornamenta censeo quęras. Pergameni te deriserunt, quid tu? Iudi te non intelligebas? Quum tibi hæc verba recitabant, clarissimũ virum, præstantissima sapientia, singulari ingenio, mihi crede, ludebant. Quũ vero coronam aureã literis imponebant, reuera non plus aurum tibi q̃ monedulæ committebant. Ne tum quidem hominũ venustatem & facetias perspicere potuisti? Igitur illi Pergameni proscriptiones quas tu efferebas, repudiauerunt. P. Orbius homo & prudens & innocẽs, cõtra te omnia decreuit. In P.

Psephisma.

Globiũ meũ necessariũ fuisti gratiosior. Vtinã neq; ipm, neq; me pœniteret, Flaccũ in Curia decreuissẽt:

In suas literas publicas).i. vt vulgo dicũt, in sua registra. Præclaras) Ironia est. Ne ipsi quidẽ) Smyrnęi. In Castritiũ mortuũ) Id contra Decianum esse significat. Quod tamen breuitatis causa omittere se dicit, quæ breuitas iudicibus ipsis iucũda est. Vel qđ ait Luceius) Multa hoc in loco deerant. Ab eo videlicet loco, In Castritiũ mortuũ vsq; ad hũc, Vel qđ ait Luceius, quę in codice in Germania impresso reposita sunt, q̃uis nõ satis emẽdata, ita tamen vt maxima ex parte intelligi possunt. Ea aũt quãtũ maxime potuimus, emẽdauimus. In oppidũ.) id est Pergamũ. Qđ aliis nõ cõceditur) Ne Romę quidẽ id cõcedebat. Authore Cicerone libro de Legibus 2. Hominẽ mortuũ, inquit lex in xij. tabulis, in vrbe ne sepelito, neve vrito. Sed ante legẽ tabularũ. xij. & post, viros claros in vrbe sepultos fuisse, vt Publicolã Tuberonem & Fabritium idẽ dicit. P. Scipioni) Quum P. Scipio Nasica Pontifex Max. Tyb. Gracchũ occidisset, eãq; ob rẽ plebi infensus esset, & aduersus eum pararetur accusatio, legationẽ liberã ei Senatus, vt postea dicemus, in Asiã decreuit, isq; prope Pergamũ mortuus est, vt ait Plutarchus in vita Graccorũ. Alia ornamẽta).i. alias laudes. Pergameni te deriserũt) Superiorẽ se Decianus q̃ Lęlium putabat, q̃ a Pergamena ciuitate laudatus esset. Ludi).i. deriderí. Quũ hęc verba recitabãt, Clarissimũ virũ).i. quum hęc verba in literis de te recitabant appellantes te clarissimũ virũ. Imponebãt literis) vt ea imponeretur Castritio mortuo. Q̃ monedium) Cum Chonrado Peutingero sentio monedulę, non monediũ hoc in loco scribi debere, q̃ monedulę furacitas auri argentiq̃ præcipue mira sit. Quod autẽ sit iocus is, cuius opportunitate Cicero Flaccũ de manifestissimis criminibus exemerit, nõ puto: propterea quod Macrobius in libro Saturnaliũ. 2. negat hũc iocũ in Ciceronis oratione extare. Prius enim Cicero solebat orationes in foro pronũciare, q̃ scribere. Itaque nonnulla scribebat quæ nõ dixerat: nonnulla dixerat, quæ non scribebat. Hunc iocum ab eo de industria omissum arbitror, ne eius ioci opportunitate, potius q̃ innocẽtia Flaccus absolutus esse videatur. Nec verisimile est hanc Ciceronis orationem Macrobij ætate integram non fuisse: quem iocum sibi notum esse dicit ex Furii Bibaculi libro. Hominũ) Pergamenorum. Perscriptiones) Proscriptiones scribi debere arbitror. Vt ante dixit. Irritæ venditiones, irritæ proscriptiones. Itemq;, Defers ad Pergamenos, vt illi reciperent in suas literas publicas præclaras proscriptiones & emptiones tuas. Flaccum in curia decreuissent) Hic locus emendatus non est.

Cicero qñ scripsit orationes suas.

Veridicas adiungis causas inimicitiarum, q̃ patri L. Flacci Ædili Curuli pater tuus Tribunus pl. diem dixerit. At istud nec ipsi quidem patri Flacci, valde molestum esse debuit: præsertim cũ ille, cui dies dicta est, Prætor postea factus sit & Consul : ille qui diẽ dixit, non potuerit priuatus in ciuitate cõsistere. Sed si istas inimicitias putabas, cur quũ Tribunus militum Flaccus esset, in illius legione miles fuisti? quũ per leges militares effugere liceret iniquitatem Tribuni, cur autem per te inimicum paternum, in consilium vocauit? Quæ quidem q̃ sancte solita sint obseruari, scitis omnes. Nunc accusamur ab iis qui in consilio nobis fauerunt. Decreuit Flaccus, num aliud atq; oportuit in liberos? Num aliter censuit Senatus? In absentem decreuit? Quum ibidem esses, quum prodire nolles. non est hoc in absentem reum Senatusconsultum & decretum Flacci. Quid si non decreuisset, sed dixisset: quis posset vere reprehẽdere? Num etiã fratris mei literas plenissimas humanitatis & æquitatis reprehensurus? Quas easdẽ mulieri a me datas, apud * requisiuit. R. literarumq; Ciceronis. Quid? Hæc Apolloniẽses, occasiõe facta, ad Flaccũ detulerũt. Apud Orbiũ acta non sunt, ad Globulum delata non sunt. Ad Senatum nostrũ, me Cõsule, nõne Legati Apollonienses omnia postulata de iniuriis vnius Deciani detulerũt? Ad hæc, prędia incensa dedicauisti. Mitto q̃ aliena, mitto q̃ possessa per vim, mitto q̃ conuicta ab Apollonienſibus, mitto q̃ a Pergamenis repudiata, mitto etiam q̃ a nostris magistratibus in integrum restituta, mitto q̃

nullo iure, neque in re, neque in possessione tua.

Veridicas adiũgis causas) Veras non veridicas legi oportere arbitror. Inimicitiarũ) inter te & Flaccũ. propter quas a Flacco se damnatum Decianus dixit. Ædili Curuli) Ædiliũ em̃ duo genera fuisse vulgatũ est, q̃ vt ignorari possit. Alij enim Curules erãt, alij plebeij. Nec ipsi quidẽ patri) A maiore ad minus. Nam si patri, qui offensus est, id valde molestũ esse nõ debuit, multis minus filio. Prętor postea) Nam post Ædilitatẽ primũ Prętura, deinde Cõsulatus geri solebãt. Causa est cur id valde molestũ patri nõ fuerit. Pater em̃ honoribus postea auctus est, Deciani pater ita miser fuit, vt nõ potuerit priuatus in ciuitate cõsistere, aut propter egestatẽ, aut aliquo iudicio cõdemnatus, propter qd̃ exilio multatus ciuitatẽ amiserit. Inimicũ paternũ). i. patrẽ tuũ inimicũ patris sui. In cõsiliũ) Iudicũ: vel in cõsiliũ Flacci Prætoris. Fauerũt). i. paruerũt. Aliud atq; oportuit). i. aliud q̃ iustum fuit. In liberos). i. in te, cuius pater, vt dicis, inimicus fuit L. Flacci patri. In liberos). i. in te, qui auaritiã tuã & crudelitatẽ Flacco probare nõ potuisti. Aliter) q̃ Flaccus decreuit. In absentem decreuit) L. Flaccus. Fratris mei) Q. Ciceronis, qui Flacco in Asia successit. Apud requisiuit) locũ hunc emẽdatum non esse nulli ignotum est. Si diuinare liceret mihi, lacunam sic replerem, apud tribunal sic requisiuit. Responsi literarũq; Ciceronis (videlicet Quinti) quid sup. allatum est. Apolonidenses) Scribendũ arbitror Apollonienses. de quibus antea mentionẽ habuit.

Occasione facta). i. data. Facere occasionem.

Apud Orbium) Significat P. Orbiũ Prætorem in Asia ante P. Globulum, & Globulũ ante Flaccũ fuisse, quare Globulum non Globium ante, & hic scribendũ arbitror, vt postea scriptum inuenire licet. Me Consule) quũ Flaccus Prætor vrbanus erat.

Incensa). i. quæ Censores non censuerunt. Vt incensum hominẽ pro A. Cecinna appellat, Iam populus, quũ eum vendidit, qui miles factus non est, non admit ei libertatem, sed iudicat eũ non esse liberum, qui vt liber sit, adire periculum noluit: quũ autem incensum vendidit, hoc iudicat, quũ ij qui in seruitute iusta fuerunt, censu liberentur, eum qui quũ liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abiudicasse. Incensa prædia intelligere videtur ea quæ libera non fuerint. Mittoq; aliena &c.) legendum facile apparet, mitto quod aliena, idque in tota hac repetitione. Aliena possessa per vim &c.) Hæc in causa fuerunt, cur a Deciano dedicari non licuerit. Conuicta) Id enim habet intellectum, vt arbitror, quòd Apollonienses hæc sua esse ostenderint.

Incensus.

In integrum) Vt dedicata nõ essent. Mitto quod nullo in iure neq; re neque possessione tua) legendum puto, Mitto quod nullo iure neq; in re neque in possessione tua.

Illud quęro, sunt ne ista prædia censui censendo? habeant ius ciuile? sint nec ne? sint municipii? subsignari apud ærarium, apud Censorem possint? In qua tribu denique ista prædia censuisti? Commisisti, si tempus aliquod grauius accidisset, vt ex iisdem prædiis & Apolloniæ & Romæ imperatum esset tributum. Verum esto glorioſus fuisti, voluisti magnum agri modum censere, & eius agri qui diuidi plebi Romanæ non potest. Census es præterea numeratæ pecuniæ cętum triginta milia. Eam opinor tibi numeratam non esse abs te. Sed hæc omitto. Quibus & mancipia Amyntæ: neque huic vllam in eo feciſti iniuriam, possidet enim ea mancipia Amyntas. Ac primo quidem pertimuit, quum te audisset seruos suos esse censum. Retulit ad iurisconsultos. Constabat inter omnes, si aliena censendo, Decianus sua facere posset, eum maxima habiturum esse dominia. Habetis causam inimicitiarum, qua causa inflammatus Decianus ad Lælium detulerit hãc opimam accusationem. Nam ita questus est Lælius, quum de perfidia Deciani diceret. Qui mihi author fuit, qui causam ad me detulit, quem ego sum secutus: is a Flacco corruptus est, is me deseruit ac prodidit. Siccine tu author tandem eum, cui tu in consilio fauisses, apud quem omnes gradus dignitatis tuæ retinuisses, prudentissimum hominem, nobilissima familia natum, optime de Republica meritum in discrimen omniũ fortunarum vocauisti? Scilicet defendam Decianũ qui tibi in suspitionem nullo suo delicto venit. Non

est, mihi crede, corruptus. Quid enim fuit quod ab eo redimeretur, vt duceret iudicium.

Sunt ne ista prædia censui censendo) Totus hic locus ita depraua tus est, vt inde nulla elici sẽtentia possit. Videtur tamen Cicero velle probare prædia ea quæ Decianus dedicauit incensa esse, quod Deciani non fuerunt, sed aliena, & per vim possessa. Sunt ne.) sint ne legendum potius est. Censui censendo) quid si legas, Sint ne ista prędia censore censenda? Habeant ius ciuile? sint nec ne?) Fortasse scribendum sit, Habeant ius ciuile nec ne. Quãuis id durum videatur, prædia ius ciuile habere. Censuisti?) Si hic locus emendatus est, prędia sua censere dicitur etiam is qui ea Censori dat censenda & æstimanda. Hoc autem dico si hic locus emendatus est: nam totus hic locus mihi suspectus est. Commisisti) id est feciſti. Roma est imperatum esset tributum) Hũc locum corruptum quis non videt? Fortasse autem scribendum sit, Romæ imperatum esset tributum. Verum esto &c.) Aduersario concedit, quod erat in controuersia, vt ad sequentia trãsitum faciat. Qui diuidi plebi Romanæ non potest) id est qui ius ciuile Romanum non habet. Numeratæ pecuniæ) id est pecuniæ promptæ & præsentis. Non enim prædia solum, sed etiam pecunia cẽsebatur. Centum triginta) Sestertiũ aut milia, ascribendum videtur. Non esse abs te) Sed ab Amyntę vxore, aut ab alio. Seruos suos esse censum) Fortasse legendum, Seruos suos censuisse. Vt ante dixit, In qua tribu denique ista prædia censuisti? Aut legendum est, quum a te audisset seruos suos esse censos. Nisi hic & paulo ante, Census est pręterea &c. census pręteritũ sit verbi censeor deponentaliter accepti. Retulit ad Iurisconsultos) id est Iurisconsultos cõsuluit. Inter omnes) Iurisconsultos. Censendo) id est Censori dando censenda. Habiturum esse) prędia aliudve quid hoc loco deest. Simul deesse arbitror, Flaccum Prętorem de hac re iudicasse. Itaq; adiũgit Cicero, Habetis causam inimicitiarum, vt magis lucidam faciat orationem. Habetis) id est audistis. Opimum) id est vberẽ. Est autem Ironia. Questus est Lælius) In Flacci accusatione. Qui mihi author fuit) Mimesis est. Imitatur enim verba ea quibus Lælius aut vsus est, aut certe vti potuit. Siccine tu author) Apostrophe ad Decianum est. Eum) L. Flaccũ. Cui tu in consilio fauisses) Nam antea dixit. Nunc accusamur ab iis qui in consilio nobis fauerunt. Scilicet defendam Decianum) Ostendit verisimile non esse Decianum a Flacco corruptum. Redimeretur) id est emeretur. Compositum pro simplici. Vt duceret) id est produceret & differret.

Cui ſex horas omnino lex dedit. Quātū tandē ex his horis detraheret, ſi tibi morē gerere voluiſſet? Nimirū illud eſt quod ipſe ſuſpicatur. Inuidiſti ingenio ſcriptoris tui, q̄ ornabat facete locū quē prę̄hēderat: & acute teſteis interrogabat aut circūueniebat: fortaſſe feciſti & tu vt populi ſermone excíperes. Idcirco Decianū vſq; ad coronā applicaſti. Sed vt hoc veriſimile eſt, ita haud veriſimile Decianū a Flacco eē corruptū. Eaq; ſcitote Iudices eſſe vera, vel qđ ait Luceius, L. Flaccū ſibi dare cupiſſe, vt fide ſe abduceret, ſeſtertiū vicies. Et eū tu accuſas auaritiæ, quē dicis ſeſtertiū vicies voluiſſe perdere? nā quid emebat, cū te emebat? vt ad ſe trāſires? quā partē cauſæ tibi daremus? an vt enunciares conſilia? Lælii? qui teſtes ab eo prodirent. quid? nos non videbamus habitare vnā? quis hoc neſcit? tabulas in Lælii poteſtate fuiſſe non dubium eſt: an ne vehementer, ne copioſe accuſares? nunc facis ſuſpitionem. Ita enim dixiſti, vt neſcio quid a te impetratum eſſe videatur. At enim Androni Sextilio grauis iniuria facta eſt, & non ferenda: q̄ cum eſſet eius vxor Valeria inteſtata mortua, ſic egit eam rem Flaccus, quaſi ad ipſum hæreditas pertineret. In quo quid reprehendas, ſcire cupio. q̄ falſum intenderit? qui doces? ingenua inquit fuit. Operitum iuris hominem. quid? ab ingenuis mulieribus hęreditates lege non veniunt? in manum inquit conuenerat. Nūc audio, ſed quęro vſu, an coēptione?

Seſtertiū vicies.

In manū conuenire

Horę accuſatoris & patroni.

Cui ſex horas omnino lex dedit) In publicis cauſis ſingulis lege cōſtituebantur horæ accuſatori & patrono. Vt in cauſa Miloniſ duas horas accuſatori & tres reo lege datas eſſe Aſconius dicit. In cauſa Rabirij

perduellionis, reo tantū ſemihoram datā ſibi Cicero queritur. Inuidiſti ingenioſus ſcriptoris tui) Hic itidem locus multum corruptus eſt. Fortaſſe ita legendum eſſet, Inuidiſti ingenio ſcriptoris tui, q̄ ornabat locum quem prę̄henderat, & acute teſtes interrogabat. Locum quem prę̄henderat) Quum multi erant in eadem cauſa accuſatores, ſua cuique cauſæ pars agenda tribuebatur. Aut fortaſſe feciſtis) Hoc in loco aliquid deeſſe, eaque quæ adſunt nullo ſenſu ſibi cohærere ignotum non eſt. Applicaſti nō applicuiſti ex more Ciceronis potiꝰ eſt. Vel quod ait Luceius) Hic adhuc aliquid deeſt, aut corrupta lectio eſt, quę ad hunc mihi modum magis integra videretur, Nam quod ait Luceius: vt nam particula ſit inceptiua. Hunc autem Luceium Flacci cū Lælio accuſatorem fuiſſe ſignificat. Vt fide ſe abduceret) id eſt vt ſe prę̄uaricatorē faceret, nec fidelis accuſator eſſet. Fide enim quenquam abducere eſt corrumpere ne ſeruet fidem. Et eum tu accuſas auaritiæ) Apoſtrophe ad Luceium eſt. Auaritiæ) id eſt repetundarum. Perdere) id eſt fruſtra tibi dare. Vt ad ſe tranſires?) & eum defendéres? Quam partem cauſæ tibi daremus) defendendam. Enunciares conſilia) id eſt nobis reuelares ſecreta. Qui teſtes) enunciares. Tabulas) vbi ſcripta ſunt teſtimonia, ex Aſia allatas. Ne vehementer, ne copioſe accuſares) id eſt vt eſſes lenior & negligentior in accuſatione, nec nobis tantum noceres, quātum poſſes. Vt neſcio quid a te impetratū eſſe videatur) Luceium irridet, qui nec vehementer nec copioſe Flaccum accuſauit. At enim Androni) Hæc eſt ſecunda ciuium Romanorum querela. Valeria) Hæc eo nomine appellata eſt, quia L. Valerij Flacci filia erat. Quod falſum intenderit) id eſt, quod falſo hęreditatem ad ſe pertinere dixerit. Qui doces?) id eſt quomodo aut qua ratione. Sed quęro vſu coemptione) Legendum eſſe arbitror, vſu an coemptione. Quauuis illud alio loco ſcripſerimus, hic tamen locus poſtulat vt repetatur, Authore Boethio libro Commentariorum in Topica Ciceronis ſecundo Tribus modus vxor habebatur vſu farre coemptione. Sed confarreatio ſolis Pontificibus conueniebat. Quæ autem in viri manum coemptione conuenerant, hæ matresfamilias vocabantur: quę vero vſu vel farre, miníme. Coemptio vero certis ſolennitatibus peragebatur, & ſeſe in communicando inuicem interrogabant. Vir ita, An ſibi mulier materfamilias eſſe vellet. Illa reſpondebat, velle. Item mulier interrogabat, an vir ſibi paterfamilias eſſe vellet. Ille reſpondebat velle. Itaque mulier in viri manum conueniebat. Et vocabantur hæ nuptię per coemptionem. Et erat mulier materfamilias viro loco filiæ. Quam ſolennitatem in ſuis inſtitutis Vlpianus ponit. Hæc ille. Quibus verbis ſignificat vxorem quouis modo habeatur in manum viri cōuenire, vt hoc in loco Cicero dicit vxorem, quę vſu aut

Fide abducere.

Enunciare conſilia.

Vxoris habēdę modi.

Matrefamilias.

In manū viri conuenire.

coemptione habita sit in manum conuenisse. A. quoque Gellius cap. tertio libri quarti iustam legitimamque vxorem in mariti manu esse dicit. Eius verba sunt ex Ser. Sulpitij sententia, Pellicē, inquit, appellatā, probrosamque habitam, quę iuncta consuetaque esset cum eo, in cuius manu mancipioque alia matrimonij causa foret. Quibus ex verbis satis cognosci potest, quid sit in viri manum conuenire. Cicero tamen in Topicis significare videtur eas solum in manū viri conuenisse, quæ per coemptionem habitæ sint. Vxoris, inquit, duę formæ. Vna matrūfamilias. Hæ sunt, quę in manum conuenere. At altera earum, quę tātantummodo vxores habentur.

Vsus. Vsu non potuit: nihil enim potest de tutela legitima sine omnium tutorum auctoritate diminui.

Coēptio. Coemptione? omnibus ergo auctoribus. In quibus certe Flaccum fuisse non dices. Relinquitur illud, quod vociferari non desistit: non debuisse, cum Prętor esset, suum negocium agere, aut mentionem facere hæreditatis. Maximas audio tibi L. Lucille, qui de L. Flacco sententiam laturus es, pro tua eximia liberalitate maximisque beneficiis in tuos, venisse hæreditates, cum Asiam prouinciam Consulari imperio obtineres: si quis eas suas esse dixisset, concessisses? Tu T. Vecti siqua tibi in Aphrica venerit hæreditas, vsu amittes? an tuum nulla auaritia, salua dignitate retinebis? At istius hæreditatis iam Globulo Prætore Flacci nomine petita possessio est. Non igitur impressio, non occasio, non vis, non tempus, non imperium, non secures ad iniuriam faciendam, Flacci animum impulerunt. Itaque eodem etiam M. Lurco vir optimus meus familiaris conuertit aculeum testimonii

sui: negauit a priuato pecuniam in prouincia Prætorem petere oportere. Cur tandem Marce Lurco non oportet? extorquere, accipere contra leges non oportet: petere non oportere, nunq̄ ostendes, nisi docueris non licere.

Vsu habēre vxorē.

Vsu) Vsu qua ratione vxor haberi solita sit legere non memini, nisi quod scribit A. Gellius capite secundo libri tertij ex Q. Mutii sententia, vxorem vsurpandi causa a viro trinoctium totum abesse debere ex duodecim tabulis. Vsurpari vxorem pro eo quod est vsu haberi dici arbitror. De tutela legitima) Significat eam quæ vsu vxor habita sit, desinere esse sub agnatorum tutela, aut certe eam diminuere, quæ legitima tutela dicitur. Vt in libro Institutionum Iustiniani primo, titulo de legitima agnatorum tutela. Quibus testamento tutor datus non sit, ijs ex lege duodecim tabularum agnati sunt tutores, qui vocantur legitimi. Sunt autem agnati cognati per virilis sexus cognationem coniuncti, quasi a patre cognati. Erat igitur Flaccus Valeriæ sororis agnatus. Consulari imperio) In bello Mithridatico. Tu. T. Vecti) Hunc T. Vectium significat Prætorem huic causæ præfuisse, eumq̄ sortitione Africam administraturum. Globulo Prætore) Huic Flaccum successisse arbitror.

Tutela legitima.

Impressio.

Impressio) id est vis & impetus. Vt in libro Epistolarum Familiarium quinto, Ad tertium nonas Ianuarias quū agere cœpisset, tertio quoque verbo orationis suæ me appellabat, mihi minabatur, neque illi quicquam deliberatius fuit, quam me quacunq̄ ratione posset, non iudicio neque disceptatione, sed vi atque impressione euertere. Inde impressionem dare & facere pro eo quod est in hostes summa vi irruere & impetum facere T. Liuius dicit libro secundo. Volsci cursu & clamore fessi, quum se velut stupentibus metu intulissent Romanis, posteaquam impressionem sensere ex aduerso factam, & ante oculos micare gladios, haud secus, q̄ si in insidias incidissent, turbati vertunt terga. Libro tertio, Duo extra ordinem millia, quæ in sinistrum cornu Romanorum in ipso certamine impressionem facerent, tenuere. Libro quarto, Hęc locutum, exequentemque dicta redintegrato clamore secuti dant impressionem.

Facere impressionē & dare.

Non occasio) quod esset Prætor Flaccus. M. Lurcho) De Lurchonis testimonio antea dixit.

Non licere) Est enim aliquid quod non oporteat, etiam si licet, quicquid vero non licet, certe non oportet. Vt ait Cicero pro L. Cornelio Balbo.

An legationes ſumere liberas exigẽdi cauſa, ſicut & tu ipſe nuper & multi viri boni ſæpe fecerunt, rectũ eſt? quod ego non reprehendo, ſocios video queri. Prætorem ſi hæreditatẽ in prouincia non reliquerit, non ſolum reprehendendum, verũ etiã condemnãdũ putas? Doti, inquit. Valeria pecuniam omnem ſuam dixerat. nihil iſtorum explicari poteſt, niſi oſtenderis, illam in tutela Flacci non fuiſſe. ſi ſit, quæcunq; ſine hoc auctore eſt dicta dos, nulla eſt. Sed tamen Lurconem q̃q̃ pro ſua dignitate moderatus eſt in teſtimonio dicendo religioni ſuæ, tamen iratum Flacco eſſe vidiſtis. neque enim occultauit cauſam iracundiæ ſuæ, neque reticendam putauit. queſtus eſt libertum ſuum Flacco Prætore eſſe damnatum. O conditiones miſeras adminiſtrãdarum ciuitatum & prouinciarum: in quibus diligentia plena ſimultatum eſt, negligentia vituperationum, vbi ſeueritas periculoſa eſt, liberalitas ingrata, ſermo inſidioſus, aſſentatio pernicioſa, frons omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundiæ occultæ, blanditiæ apertæ: venientes Prætores expectãt, præſentibus inſeruiunt, abeuntes deſerunt. Sed omittamus querelas, ne noſtrum conſilium in omittendis prouinciis laudare videamur. Literas miſit de villico P. Septimii hominis ornati, qui villicus cædem fecerat. Septimium ardentem iracundia videre potuiſtis. in Lurconis libertum iudicium ex edicto dedit. hoſtis eſt Lurco. quid igitur? hominũ gratioſorũ ſplendidorũq; libertis fuit Aſia tradẽda? an ſimultates neſcio quas cum libertis veſtris Flaccus exercet?

Dicere pecuniã doti

Iudiciũ ex edicto dare.

Legationes ſumere liberas) Legationes liberas decernebat Senatus iis qui propter egregium aliquod facinus populi inuidiam ſibi conflauerant, vt his honeſta cauſa ex vrbe proficiſcẽdi eſſet ad declinandã inuidiam. Vt quum accuſatores a plebe pararentur Scipioni Naſicę, qui Tyb. Graccum occiderat, Senatus de ſalute eius ſollicitus liberam ei legationem in Aſiam decreuit. vt in Ciceronis Milonianam ſcripſimus. D. Brutus ſcripſit ad Ciceronem, quæ epiſtola eſt in libro Epiſtolarum Familiarium. xi. Eius verba ſunt, Quum in his anguſtiis verſarer, placitum eſt mihi, vt poſtularem legationem liberam mihi reliquisque noſtris, vt aliqua cauſa proficiſcendi honeſta quæreretur. Etiam exigendi cauſa huiuſmodi legationes decerni hoc in loco teſtatur Cicero. Legationes liberas, definitum tempus lege Iulia habere Cicero ſcripſit ad Atticum libro decimoquinto. Socios video queri) id reprehendendum ſignificat. Doti pecuniam dixerat) id eſt dotis nomine promiſerat. Dicere enim authore No. Marcello promittere aliquando ſignificat. Pomponius, Numos certos dicas. Dico quinquaginta millia. Salluſtius libro hiſtoriarum ſecundo. Eodem anno in Macedonia C. Curio principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit pecunias dictas coegit. Afranius, Neſcio cui vicino perpauperi, cui dicat dotis paululum. Explicari, id eſt expediri, & ad accuſationem vtiliter proferri. Sine hoc authore) id eſt non interueniente Flacci authoritate. Apud Titum Liuium libro triceſimoquarto, M. Cato diſſuadens ne Oppia lex abrogetur. Maiores, inquit, noſtri nullam ne priuatam quidem rem agere fœminas ſine authore voluerunt, in manu eſſe parentum, fratrum, virorum. Moderatus eſt religioni ſuę) Moderatus participium eſt. Medicor illam rem & illi rei, modulor, moderor, & comitor authore Seruio libro Commentariorum in Aeneid. Vergilij ſeptimũ dicimus. Inſidioſus) id eſt fallax & aſſentatorius. Vehementes in prouinciam. Expectant) aduentum optantes. In omittendis prouincijs) Cicero enim poſt Quæſturam conſtituit ab vrbe non diſcedere, quod ſenſiſſet populum Romanum aures hebetiores, oculos acres atque acutos habere. Vt amplius idem ait in Oratione pro Cn. Planco. Eam ob rem nec Prętor, nec Conſul prouinciam ſortitus eſt. Literas miſit) Coniicere licet P. Septimii libertũ in Aſia cædem feciſſe ac deinde Romam confugiſſe. Flaccum ea de re Romam ſcripſiſſe. Iudicium ex edicto dedit) id eſt tulit ſententiam ſecundum edictum. Id edictum quod fuerit ſciri non poteſt, quia ignotum eſt, quo crimine conuictus ſit is Lurchonis libertus, quem turpi iudicio condemnatum fuiſſe antea Cicero dixit. Tradenda libertis) vt in eo quod vellent impune facerent. An ſimultates neſcio quas) Id credẽdũ non eſt Flaccũ horũ libertos pœna affeciſſe, q̃ ijs iratꝰ eſſet.

Legatiões liberę.

Dicere doti pecuniã.

Fœminæ in tutorũ poteſtate.

Moderatꝰ religioni.

Inſidioſus.

Dare edictum.

An vobis in vestris vestrorũq; causis seueritas odio est? eandẽ laudatis cũ de nobis iudicatis. At iste Andro spoliatus bonis vt dicitis, ad dicendũ testimoniũ nõ venit. Quid si veniat? decisionis arbiter C. †Cæcilius fuit, quo splendore vir, qua fide, qua religione? obsignator C. Sextilius Lurconis sororis filius, homo & prudens & constans & grauis: si vis erat, si fraus, si metus, si circũscriptio, quis pactionem fieri, quis adesse istos coegit? Quid si ista omnis pecunia, huic adolescentulo L. Flacco reddita est? si petita, si redacta, si per hũc Antiochum paternum huius adolescẽtis libertum, seni illi Flacco probatissimum? videmur ne non solũ auaritię crimen effugere, sed etiã liberalitatis laudem assequi singularem? communem enim hæreditatem, quę æqualiter ad vtrũq; lege venisset, concessit adolescenti propinquo suo, nihil ipse attigit de Valerianis bonis. Quod statuerat facere, adductus huius pudore, & non amplissimis patrimonii copiis, id non solum fecit, sed etiam prolixe cumulateq; fecit. Ex quo intelligi debet, eum contra leges pecunias non cepisse, qui tam fuerit in hęreditate cõcedenda liberalis. At Falcidianum crimen ingens. Talenta quinquaginta se Flacco dicit dedisse: audiamus hominem, non adest. Quomodo igitur dicit? epistolam mater eius profert, & alteram soror. Scriptum ad se dicunt esse ab illo, tantam pecuniam Flacco datam. Ergo is, qui si aram tenens iuraret, crederet nemo, per epistolam, quod volet, iniuratus probabit? at qui vir? q̃ non amicus suis ciuibus? qui patrimonium satis lautum, quod hic nobiscum con-

Decisionis arbiter. †Cælius.

Prolixe.

Aram tenẽs iuraret

ficere potuit, Græcorum conuiuiis maluit dissipare.

An in vestris) In codicibus aliis lego, An vobis in vestris &c. Vestrorũ) vt libertorũ, aliorũq;. Seueritas) quã Flaccus in horũ libertorũ iudicio secutus est. Decisionis arbiter) Significat Flaccũ pactionẽ cũ Androne de hęreditate Valerię fecisse, eiusq; C. Cęciliũ arbitrũ, & C. Sextiliũ obsignatorẽ, vt nullã vim, nullã fraudem in Flacco fuisse ostẽdat. Decisionis). i. pactionis. Decisionẽ in re dici postea significat. & decidere pacisci significat. vt pro Sex. Roscio Amerino, Si hãc ei rẽ priuatim Sex. Roscius mãdauisset, vt cũ Chrysogono trãsigeret atq; decideret. Et pro Q. Roscio Comœdo, Panurgũ, inqt hũc seruũ cõmunẽ Q. Flauius Tarquiniẽsis qdã interfecit. In hãc rẽ inqt me cognitorẽ dedisti: lite cõtestata, iudicio dãni iniuria cõstituto, tu sine me cũ Flauio decidisti. Si vis) Flacci, quia Prętor erat. Pactionẽ). i. decisionẽ. Quis adesse istos) Cęciliũ & Sextiliũ. Adolescẽtulo L. Flacco) hui⁹ Flacci ꝓpinquo. Redacta) in sũmã. Si ꝑ hũc) Arbitror legẽdũ, Si numerata, aut si donata ꝑ hũc, Copiis) quib⁹ hic adolescẽs abũdabat. Prolixe). i. abũde & magna copia. Prolixũ em̃ quasi porro laxũ dictũ est. Inde ꝓlixa oratio dicit. Hac voce vsus est etiã in oratiõe ꝓ domo sua. Neq; ille tot suspitionib⁹ certorũ hoim & scelere exulceratus, quę meũ tẽpus postularet, satis ꝓlixe mihi pollicerer. Et ad Trebatiũ lib. Epist. Familiariũ. 7. Neq; mehercule minus ei ꝓlixe de tua voluntate promisi, q̃ erã solitus de mea pollicerí. At Falcidianũ crimen) Ostẽdit falsum qđ Falcidius dixerit se dedisse Flacco talẽta qnquaginta. Falcidianũ crimẽ) qđ i Falcidiũ admissum a Flacco, aduersarii dixerũt, quũ se quinquaginta talẽtis spoliatum dicit. Vt crimen Asinianũ, qđ in Asiniũ admissũ est, quẽ Auili⁹ necauit, Pro. A. Cluẽtio, Ac tũ in Oppianici causa crimen hoc Asinianũ quũ testib⁹ multis, tũ vero iudicio Aiulii probabat. Et ꝓ Milone Clodianũ crimen, quod in Clodiũ admissũ videbat accusatorib⁹, quũ eũ Milo occidit. Nec vero me Iudices Clodianũ crimẽ mouet, nec sũ tã demẽs, tãq; vestri sensus ignarus, vt nesciã qd de morte Clodij sentiatis. Ingẽs) Ironia est. Si arã tenẽs iuraret) Morẽ fuisse Gręcorũ vt arã tenẽtes iurarẽt, alibi scripsim⁹. Est aũt argumẽtũ a maiore ad minus. Cõficere). i. decoquere ꝑdere absumere. vt paulo post. Vt eã pecuniã quam cõfecerat, nõ cõsũpsisse, sed Flacco dedisse videat. Alioq cõficere pecuniã est colligere, vt alio loco docuimus. Dissipare). i. dispergere. Dissipare em̃ dispergere est vt pereat vel ignominię causa. vt in lib. de Legibus. 2. C. Marij sitas reliquias apud Anienem dissipari iussit Sylla victor, acerbiore odio inciatus, quam si tam sapiens fuisset, quam fuit vehemẽs. Dissipatum sermonẽ pro dispersa fama ante dixit Cic. Sermo est tota Asia dissipatus.

Decisio.

Prolixe.

Crimen Falcidiani.

Iurat tenẽs aram.

Conficere patrimoniũ & pecuniam.

Dissipare.

Dissipatus sermo.

quid attinuit relinquere hanc vrbem? libertate tam
pręclara carere? adire periculum nauigãdi? quasi bo-
Comesse bona. na comesse Romæ non liceret. Nunc deniq; mater-
Matercula culæ suæ festiuus filius aniculæ minime suspitiosæ
purgat se per epistolã, vt eam pecuniã, quã cõfecerat,
non cõsumpsisse, sed Flacco dedisse videatur. At fru-
ctus isti Trallianorum Globulo P. venierant. Falci-
dius emerat HS. nongentis millibus, si dat tantam
pecuniam Flacco, nempe idcirco dat, vt rata sit em-
ptio. Emit igitur aliquid, quod certe multo pluris es-
De viuo detrahit. set. Dat de lucro, nihil detrahit de viuo: minus igi-
tur lucri facit: cur Albanum venire iubet? cur matri
præterea blanditur? cur epistolis & sororis & matris
imbecillitatẽ aucupatur? Postremo cur nõ audimus
ipsum? retinetur credo in prouincia, mater ne gat. ve-
nisset, inquit, si esset denũciatum. Tu certe coegisses,
si vllum firmamentũ in illo teste posuisses, sed homi
nem ab negocio abducere noluisti. Magnum erat ei
certamen propositum, magna cum Gręcis contẽtio,
qui tamen vt opinor iacent victi: nã iste vnus totam
Asiam magnitudine poculorũ, bibendoq; superauit.
Sed tamen quis tibi Lęli de epistolis istis indicauit?
mulieres negãt se scire. Quis? is ipse? igitur ille tibi se
ad matrẽ & sororem scripsisse narrauit? an etiã scri-
psit oratu tuo? at vero M. Ebutiũ cõstãtissimũ & pru
dentissimũ hominẽ Falcidii affinẽ nihil interrogas?
nihil eius generũ pari fide prędituũ C. Mãliũ? qui pro-
fecto de tanta pecunia, si esset data, nihil audisse non
possent. His tu igitur epistolis Deciane recitatis,
his mulierculis productis, illo absente auctore lau-

dato, tantum te crimen probaturum putasti? præ-
sertim cum ipse non deducendo Falcidium, iudi-
cium feceris plus falsam epistolam habituram pon-
deris, q̃ ipsius præsentis fictam vocem, & simula-
tum dolorem.

Matercułæ suæ festiuus filius) Falcidium eludit, hisque diminuti-
uis blandimenti derisorii causa vtitur. At fructus isti.) Hoc dictum
aduersarii Cicero proponit refutandum. Isti autem hoc loco ociosa di-
ctio videtur, vt ea sit sententia aduersarios dixisse Falcidium Globulo
Prætore Trallianorum fructus emisse. Vt rata sit emptio.) probante
Flacco Prætore, qui Globulo successit. Multo pluris esset) q̃ pecunia
ea qua id emeret. Nihil detrahit de viuo) Lucrum & viuum in em-
ptione sunt ad hunc modum. Si quis rem valentem triginta scuta-
tos, viginti scutatis emat, viuum est viginti scutati, & decem lucrum.
Viuum in emptione.

Cur Albanum vænire iubet) Ostendit falsum esse quod fructus
Trallianos emerit, quod de lucro aliquid Flacco dederit. Nam si Tral-
lianos fructus minoris q̃ essent, emit. & si quid de lucro Flacco dedit,
opus non fuit, vt Albanum venderet. Matris imbecillitatem aucu-
patur) id est matrem imbecillam captat & vult decipere. Ab nego-
cio abducere.) Deridet Cicero Falcidium, eumque in contemptum
iudicibus adducit, quo minus falcidianum crimen esse credant. Ma-
gnitudine poculorum.) Græcos in conuiuio primum minoribus po-
culis, deinde maioribus bibere solitos, & inde factum prouerbium,
vt Græco more bibere dicatur, scripsimus latius in Commentariis
in Griphum Ausonij. An etiam scripsit oratu tuo) id est an eum
orasti vt scriberet, vt haberes quod in Flaccum diceres. Oratu au-
tem est veluti iussu permissu hortatu euentu arbitratu, aliaque
eiusdem generis multa, quæ in hoc casu tantum in quarta declina-
tione inueniuntur. Iudicium feceris.) id est iudicaueris. Vt paulo
post, Grauia iudicia pro Reipublicæ dignitate multa de coniurato-
rum scelere fecistis. Pro lege Manilia, De quo homine vos, id quod
maxime facit authoritatem, tanta & tam præclara iudicia fecistis. Id
autem dictum est, vt facere pugnam, prælium, coniecturam, finem,
conuicium, furtum, pactionem, aliaque eiusdem generis, de quibus
alio loco scripsimus. Simulatum dolorem) quod dolere se simulet
de tanta pecunia Flacco data.
Aucupat imbecillitatem matris.
Græco more bibere.
Oratu.
Facere iudicium.

Sed quid ego de epistolis Falcidii, aut de Androne Sextilio, aut de Deciani sensu tãdiu disputo? postulo? de salute omniũ nostrũ, de fortunis ciuitatis, de summa Reipublicę taceo? quam vos vniuersam in hoc iudicio vestris humeris, vestris inquam humeris Iudices sustinetis. Videtis in quo motu tẽporũ, quãta in cõuersione rerũ ac perturbatione versemur. Cũ alia multa tetri homines, tum hoc vel maxime moliũtur, vt vestræ quoq; mentes, vestra iudicia, vestræ sententiæ optimo cuiq; infestissimę atq; inimicissimę reperiãtur. grauia iudicia pro Reip. dignitate, multa de coniuratorũ scelere fecistis. non putãt satis cõuersam esse Remp. nisi in eandẽ impiorũ pœnã optime meritos ciues detruserint. Oppressus est C. Antonius, esto. habuit quãdã ille infamiã suã: neq; tamẽ ille ipse, pro meo iure dico, vobis iudicibus dãnatus esset: cuius damnatione sepulcrum L. Catilinę floribus ornatũ, hominũ audacissimorũ ac domesticorũ hostiũ conuẽtu epulisq; celebratũ est. iusta Catilinę facta sunt. nunc a Flacco Lentuli pœnæ per vos expetuntur. quam potestis P Lentulo, qui vos in complexu liberorum coniugumq; vestrarum trucidatos incẽdio patriæ sepelire conatus est, mactare victimã gratioré, q̃ si L. Flacci sanguine illius nefariũ in vos omnes odiũ saturaueritis? Litemus igitur Lentulo.

Iusta.

Litare.

De Deciani sensu) Qui nõ satis ingenioſe Falcidianũ crimen finxit. Aut Deciani sensu, q̃ Amyntæ vxori imposuit. De salute omniũ nostrum) Transit ad conclusionem quæ est partim per cõmiserationẽ, partim per enumerationem. Quam vos vniuersam) Id Cicero facit sæpissime, vt ostendat iudicium, quod laturi sint iudices, ad Rẽpublicã vel ad ipsos iudices pertinere. Id paulo post faciet amplius. In quo motu) i. in qua mutatione. Certi homines) qui in coniuratis fuerunt, & coniurationi fauerũt. Conuersam) i. versam & mutatã, vt ante dixit, Quãta in cõuersione rerũ ac perturbatiõe versemur. Impiorũ pœnã) qua coniurati affecti sunt. Oppressus est C. Antonius) C. Antonius Marci oratoris filius Ciceronis Cõsulis Collega suspicione coniurationis laborauit. Itaq; L. Catilina petens Consulatum Antoniũ sibi fore Collegam sperabat hominẽ & familiarẽ, & omnibus necessitudinibus circũuentũ, cũ eoq; se Consulem initiũ agendi belli se facturum. Itaq; repulso Catilina Cicero hunc suũ Collegam pactione prouincię perpulerat, ne contra Rempublicã dissentiret. Author est Sallustius. De hac Antonij suspicione Cicero pro P. Sestio, Atq; ego, inquit, de Antonio nihil dico præter vnũ, nũq̃ illum in illo summo timore ac periculo ciuitatis, neq; cõmunẽ metum omniũ, neq; propriam nonullorũ de ipso suspitionẽ, aut inficiando tollere, aut dissimulando sedare voluisse. Hũc accusauit M. Cęlius, vt est in Oratione pro eo Cęlio, Accusauit, inquit, C. Antoniũ Collegã meũ, cui misero prędari in Rempublicã beneficii memoria nihil profuit, nocuit opinio maleficij cogitati. Eũ se Cicero defendisse dicit pro domo sua. Hora, inquit, fortasse sexta diei questus sum in iudicio, quũ C. Antoniũ Collegam meũ defẽderẽ, quædam de Republica quæ mihi visa sunt ad illius miseri causam pertinere. L. Catilinę) Nam decreuit Senatus, vt Antonius cũ exercitu Catilinam persequi maturaret. Quũ autem Antonius pedibus æger prędio adesse nequiret, M. Petreio Legato exercitũ permisit, a quo necatus Catilina est, vt est apd Sallustiũ. Domesticorũ hostiũ) i. coniuratorũ. Epulisq;) Romani enim veteres propinquorũ suorũ aut amicorũ mortuorum nomine populo Ro epuliũ dabãt. Vt pro L. Murena Q. Maximus Africani patrui sui nomine epulum populo dedit, cui rei Q. Ælium Tuberonem prędecit. Iusta) Iusta numero tantum plurali appellãtur sacrificia ea quę in honorem mortuorũ fiunt. Cicero in libro de Legib⁹. 2. Siti dicũtur ii qui conditi sunt. nec tamẽ eorum ante sepulcrum est, q̃ iusta facta, & corpus incensum est. Itemq;. Quid vero ex iis, qui horum scelerũ principes fuerũt, & prędeteros in omni religione impios non solũ vita cruciati atq; dedecore, verũ & sepultura & iustis exequiis carue rũt. A Flacco Lentuli pœnę expetũtur) qd Flaccus Prętor ad pontẽ Miluiũ Allobroges cũ comitatu & literis deprehẽderit. In his suas literas agnoscens Lentulus impietatis pœnas dedit. Per vos) vestris sententiis, si Flaccũ condemnetis. Litemus igitur Lentulo) Artificiosa prohibitio est, quę permissionis speciem habet. Litemus) id est sacrificemus & iusta faciamus, aut Lentuli manes Flacco mactato placem⁹. No. enim Marcellus sacrificare & litare distinguit, vt sit sacrificare veniam petere, litare propitiare & votum impetrare.

Conuersa Resp.

C. Antonii causa.

Epulum mortuorũ noie dare.

Iusta.

Litare.

Parentare

Parẽtemus Cethego. reuocemus eiectos. nimiq; pietatis & summi amoris in patriam vicissim nos pœnas, si ita diis placet, sufferamus. nos iam ab indicibus nominamur, in nos crimina finguntur, nobis pericula comparantur. quę si per alios agerent, si denicq; per populi nomen ciuiũ imperitorum multitudinem concitassent, æquiore animo ferre possemus. Illud vero ferri non potest, q; per Senatores, & per Equites Ro. qui hęc omnia pro salute omniũ, cõmuni consilio, vna mẽte atq; virtute gesserũt, harũ rerũ auctores, duces, principes spoliari omnibus fortunis ac de ciuitate expelli posse arbitrãtur. Etenim populi Ro. perspiciũt eã mentẽ & volũtatẽ, omnibus rebus quibus potest populus Ro. significat quid sentiat: nulla varietas est inter homines opinionis, nulla volũtatis, nulla sermonis. Quare si quis illuc me vocat, venio. Populũ Ro. disceptatorẽ nõ modo nõ recuso, sed etiã deposco. vis absit, ferrũ ac lapides remoueãtur, operę facessant, seruitia sileant: nemo erit tã iniustus, qui me audierit, sit modo liber & ciuis, quin potius de prẹmiis meis q̃ de pœna cogitandũ putet. O dii immortales, quid hoc miserius? nos qui P. Lẽtulo ferrum & flammã de manibus extorsimus, imperitę multitudinis iudicio confidimus, lectissimorũ ciuium & amplissimorum sentẽtias pertimescimus. M. Aquilium patres nostri multis auaritiæ criminibus, testimoniisq; cõuictũ, quia cũ fugitiuis fortiter bellum gesserat, iudicio liberauerunt. Consul ego nuper defendi C. Pisonẽ, qui quia Consul fortis constãsq; fuerat, incolumis est Reipublicæ cõseruatus.

Facessant operę.

C. Piso absolutus.

Parentare

Parentèmus). i. iusta exequiarũ faciamus. Non solũ parentibus parentalia fieri locus hic documento est. Non igitur absurda opinio eorũ est, qui a parendo, parentare inclinatũ esse putauerũt, q; qui parentarẽt mortuis parerent, qui viui ita fieri iusserãt. Eiectos). i. exules & dãnatos. Si ita placet) In codicibus aliis scriptũ est, si ita diis placet. Ab indicibus) qui sperãt fore, vt Flaccus cõdemnetur: qđ si fiat, oẽs qui adiutores & authores fuerũt opprimẽdę coniurationis in iudiciũ etiam fictis criminibus vocabũt. Itaq; se ab indicibus iã nominari dicit. Per Senatores & per Equites). i. per Iudices qui sunt ex Senatorio ordine & Equestri. Hęc omnia gesserũt) In opprimẽda coniuratione. Senatus eñ & Equitũ cõsilio & auxilio tũ vsus Cicero est. Harũ rerũ authores) vt me & Flaccum. Perspiciũt eã mentẽ) Fortasse legendũ sit, perspiciũt mentẽ, ad eã sententiã. Hi certi homines populi Romani mẽtem cognoscunt, quã populus ipse omnibus rebus, quibus potest, significat. Quia igit in populo nulla varietas opinionis in Senatoribus & Equitibus eã se inuenire posse putauerunt. Illuc). i. ad populi iudiciũ. Vis absit). i. nullus ciuis improbus absit, qui vim faciat. Ferrum). i. gladii.

Operę). i. operarii, quorũ auxilio improbi vtebãtur ad vim faciendã. De iis alibi scripsimus. Operę autẽ pro operariis, vt seruitia pro seruis dicũtur. Facessant). i. recedãt, absint. Id enim facessere significat, vt ait No. Marcellus. Cicero in Hortensio, Facessant igit oẽs, qui docere nihil possunt, quo melius sapiẽtiusq; viuamus. M. Aquiliũ) His exemplis ostẽdit sapiẽtes iudices in rebus iudicãdis cogitasse, quid Reipublicæ vtilitas posceret. M. Aquiliũ) M. Antonius orator excitauit M. Aquilium Consularẽ reum in causa eius perorãda, eiusq; tunicã diloricauit, & iudicibus cicatrices aduersas senis Imperatoris ostẽdit. vt author est Cicero in libro de Oratore. 2. Quo eodẽ in libro facit eũdẽ Antoniũ illa de eodem Aquilio dicentẽ, Nolite existimare me ipsum, quũ mihi M. Aquilius in ciuitate retinẽdus esset, quæ in causa peroranda fecerim sine magno dolore fecisse. Quẽ enim ego Consulem fuisse, Imperatorem ornatũ a Senatu, ouãtẽ in Capitoliũ ascendisse meminissem, hũc quũ afflictũ, debilitatũ, mœrentẽ, in summũ discrimen adductũ viderẽ, non pri9 sum conatus misericordiã aliis cõmouere, q̃ misericordia sum ipse captus. Sensi equidẽ tum magnopere moueri iudices, quũ excitaui mœstũ ac sordidatũ senẽ, & quũ feci magno animi motu ac dolore, vt discinderem tunicã, & cicatrices ostenderẽ. Hũc de pecuniis repetundis reum fuisse T. Liuius libro. lxx. author est. Cum fugitiuis fortiter bellũ gesserat) M. Aquilius Consul in Sicilia bellũ seruile concitatum confecit, vt ait idem Liuius libro superiore. De hoc bello seruili L. Florus in Epitomatis scripsit. C. Pisonem) Quo crimine accusatus Piso sit, quóq; A. Thermus legere non memini.

Opęræ.

Facessere.

M. Aquilij defensio.

L.Murèna abſolutus.

Defendi item Conſul L.Murenã Conſulẽ deſignatũ. nemo illorũ iudicum clariſſimis viris accuſantibus audiẽdũ ſibi de ambitu putauit, cũ bellũ iam gerẽte Catilina omnes me auctore duos Conſules Cal.Ianuariis ſcirent eſſe oportere. Innocens & bonus vir,& omnibus rebus ornatus, bis hoc anno me defendẽte abſolutus eſt A.Thermus,quãta Reipublicę cauſa, lętitia populi Romani quanta gratulatio conſecuta eſt? Semper graues & ſapientes iudices in rebus iudicandis quid vtilitas ciuitatis, quid cõmunis ſalus, quid Reipublicæ tempora poſcerent,cogitauerunt. cum tabella vobis dabitur Iudices,nõ de Flacco dabitur ſolum: dabitur de ducibus auctoribusq; conſeruandæ ciuitatis: dabitur de omnibus bonis ciuibus : dabitur de vobiſmetipſis : dabitur de liberis veſtris : de vita, patria , de ſalute communi . non iudicatis in hac cauſa de exteris nationibus , non de ſociis : de vobis ac veſtra Republica iudicatis. Qz ſi prouinciarum vos ratio magis mouet quàm veſtra , ego vero non modo non recuſo , ſed etiam poſtulo , vt prouinciarum auctoritate moueamini. Etenim opponemus Aſiæ prouinciæ , primum magnam partem eiuſdẽ prouinciæ,quę pro huius periculis Legatos laudatoresq; miſit. deinde prouinciam Galliam, prouinciam Ciliciam, Hiſpaniam prouinciã,Cretam. Græcis autem, Lydis & Phrygibus & Myſis obſiſtẽt Maſſilienſes,Rhodii, Lacedæmonii, Atheniẽſes,cũcta Achaia,Theſſalia,Bœotia, Septimio & Cęlio teſtibus , P. Seruilius & M. Metellus, huiꝰ pudoris integritatisq; teſtes repugnabũt,Aſiaticę iuriſdictioni vrbana iuriſdictio reſpondebit. annui temporis criminationem omnis ætas L.Flacci & perpetua vita defendet.

Legati laudationis cauſa.

Clariſſimis accuſantibus)M Catoni.Ser. Sulpitio,& Cn.Poſthumio.

Audiendum)id eſt obediendum. Calendis Ianuariis) Eo enim die Conſules deſignati Ciceronis ętate inibant magiſtratum. Pro L.Murena oſtendit Cicero quantum ſalutis communis interſit duos Coss. in Rep.Calend.Ianuariis eſſe. Quum tabella vobis dabitur Iudices) Tres tabellas dari iudicibus ab eo qui cauſę pręeſt, pro Milone diximꝰ. Vnam abſolutionis,in qua litera A. Alteram condemnationis, in qua litera C . Tertiam ampliationis , in qua literæ N . L. ſcriptæ eſſent . Has autem tabellas in cauſa Milonis Pompeium iudicibus ante actionem cauſæ dediſſe Cicero ſignificat. Quocirca hunc locum ita intelligendum arbitror.Quum tabella vobis dabitur,id eſt a vobis,id eſt quũ vos dabitis tabellam iudicii veſtri in vrnam. Aut aliquibus in cauſis tabella dabatur iudicibus poſt vtriuſque actionem . Vt pro A. Cluentio,Quum hęc ſunt videnda,tum vero illud eſt hominis magni iudices atque ſapientis,quum illam iudicandi cauſa tabellam ſumpſerit nõ ſe putare eſſe ſolum,neque ſibi quodcunq; concupierit licere: ſed habere in conſilio legem,religionem,ęquitatem,fidem. Libidinem autem, odium, inuidiam, metum,cupiditatesque omnes amouere. De exteris nationibus) De Gręcis & Aſiaticis,quos a Flacco ſpoliatos accuſator dixit. Opponemus Aſię)Per capita repetit quę ante dixit. Prouinciã Galliã)Eã intellige in qua ſunt Allobroges. Arbitror autẽ Ciceronẽ dixiſſe loco primo qui truncatus eſt,Flaccum in Gallia fuiſſe. Niſi eo referatur,quod Maſſilia,quę in Gallia eſt, militem eũ Quęſtorẽq; cognouit. Ciliciã)In qua P.Seruilio Imperatore Tribunus militum fuit. Hiſpaniã)In qua M.Piſoni Quęſtor fuit. Cretã)Nã bellũ Cretenſe magna ex parte geſſit,atq; vna cũ ſummo Imperatore ſuſtinuit. Rhodiorum ante non meminit,ſi codices emendati ſunt. Sẽptimio & Cælio)Qui irati Flacco contra eũ teſtimoniũ dixerũt. P.Seruilius) quo Imperatore in Cilicia Tribunus militũ fuit. M.Metellus)Cui Imperatori Legatus Flaccus Achaię,Bœotię,Theſſalię pręfuit. Vrbana iuriſdictio)Nam Prętor vrbanus fuit Flaccus,cuius iuriſdictio in ſummo & periculoſiſſimo Reip.tẽpore etiã ab inimicis laudatur. Annui temporis criminationẽ)Annũ enim prouinciã Aſiam Flaccus adminiſtrauit. Omnis ętas)Nullũ enim Flacci in priuatis rebus factum auarũ, nulla in re pecuniaria contentio,nulla in re familiari ſordes aduerſario proferri poteſt.

Cõſulatũ inire.

Tabellæ iudicum.

Et si prodesse L. Flacco Iud. debet, q̄ se Tribunum mil. q̄ Quęstorem, q̄ Legatum Imperatoribus clarissimis, exercitibus ornatissimis, prouinciis grauissimis dignũ suis maioribus pręstitit: prosit q̄ hic vobis videntibus, in periculis cõmunibus omnium vestrum, sua pericula cum meis coniunxit: prosint honestissimorum municipiorum coloniarumque laudationes: prosit etiam Senatus populique Rom. pręclara & vera laudatio. O nox illa quæ pene æternas huic verbi tenebras attulisti: cum Galli ad bellum, Catilina ad vrbem, coniurati ad ferrum & flammam vocabantur: cum ego te Flacce, cælum noctemq̄ cõtestans, flens flentem obtestabar: cum tuæ fidei optimæ & spectatissimæ salutem vrbis & ciuium commendabam. Tu tu Flacce Prætor communis exitii nuncios cepisti: tu inclusam in literis Reipub. pestem deprehendisti: tu periculorum indicia, tu salutis auxilia, ad me & ad Senatum attulisti, quæ tibi tum gratiæ sunt a me actæ? quæ ab Senatu? quæ a bonis omnibus? quis tibi, quis C. Pontinio fortissimo viro quenq̄ bonum putaret vnq̄ non salutem, verum honorem vllum denegaturum? O Nonæ illæ Decembres, quæ me Consule fuistis, quem ego diem vere natalem huius vrbis, aut certe salutarem appellare possum. O nox illa, quam iste est dies consecutus, fausta huic vrbi: miserum me, metuo ne funesta nobis, qui tum animus L. Flacci? (nihil dicam enim de me) qui amor in patriã? quę virtus? quę grauitas extitit? Sed quid ea commemoro, quę tum, cum agebãtur, vno cõsensu omnium, vna voce populi Romani,

O nox illa

Nonę Decembres.

vno orbis terræ testimonio, in cælum laudibus efferebantur? nunc vereor ne non modo non prosint, verum etiã aliquid obsint. Etenim multo acriorem improborum interdum memoriam esse sentio, q̄ bonorum. Ego te, si quid grauius acciderit, ego te inquã Flacce perdidero. Mea dextra illa, mea fides, mea promissa: cum te, si Remp. conseruaremus, omniũ bonorum pręsidio, quoad viueres, non modo munitum, sed etiam ornatũ fore pollicebar. Putaui, sperauí, etiã si honos noster vobis vilior fuisset, salutem certe charam futuram. At L. Flaccũ quidem Iudices, si (quod dii immortales omen auertant) grauis iniuria afflixerit, nunq̄ tamẽ prospexisse vestræ saluti, cõsuluisse vobis, liberis, cõiugibus, fortunis vestris, pœnitebit.

Hic) id est Romæ, in opprimenda coniuratione Catilinæ. A minore ad maius suadet. O nox illa) Ad mouẽdos affectus accedit. O nox illa) qua Allobroges cum comitatu & literis, ad Catilinam & Gallos a Flacco & Pontinio ad pontem Miluium deprehensi sunt. Aeternas tenebras) id est occasum & interitum. Quę ab Senatu?) L. enim Flaccus & C. Pontinius Prętores deprehensis & confessis coniuratis merito ac iure a Senatu in æde Concordię laudati sunt, quod eorum opera forti fidelique Cicero vsus esset, vt ait Cicero in tertia Inuectiua. O nonæ illę Decembres) Nonis Decembribus coniurati literas suas & signa agnoscentes de coniuratione confessi sunt in Senatu in æde concordiæ. Quem ego diem vere natalem) De hac re plura Cicero dicit in procœmio tertię Inuectiuę. Multo acriorem) Nam vt alibi dicit Cicero cui dolet meminit, cui placet obliuiscitur. Improborũ) qui coniurationi fauebant. Quam bonorum) qui hęc in cælum laudibus efferebant. Si quid grauius acciderit) id est si condemneris. Malum omen euitat, vt Iudices magis commoueat. Munitum) aduersus improbos. Ornatum) honoribꝰ & magistratibus. Honos noster) Consulatus meus & prætura Flacci. Salutem) vestram. Nunquam tamen prospexisse vestrę saluti) Viri magnanimi est, vt eum recte factorum nunquam pœniteat, quamuis eorum memoria parum grata sit.

Pœnitere recte facti fortis viri non est.

Vt pro Milone illa prosopopœia, Valeant ciues mei, sint incolumes, sint florentes, sint beati: stet hęc vrbs præclara, mihique patria charissima, quoquo modo merita de me erit. Tranquilla Repub. ciues mei, quoniã mihi cum illis non licet, sine me ipsi, sed per me tamẽ perfruãtur. Ego cedam atque abibo.

Secta.

Sẽper ita sẽtiet, talẽ se animũ & generis dignitati, & pietati suę & patriæ debuisse. Vos ne pœniteat tali ciui nõ pepercisse, per deos immortales Iud. prouidete. Quotus eñ quisq; est, qui hãc in Rep. sectã sequatur? qui vobis qui vestri similibus placere cupiat? qui optimi atq; amplissimi cuiusq; hominis atq; ordinis auctoritatẽ magni putet? illã viã sibi vident expeditiorẽ ad honores, & ad omnia quę cõcupiuerũt. Sed cætera sint eorũ, sibi habeãt potẽtiã, sibi honores, sibi cęterorũ cõmodorũ sũmas facultates. Liceat his, qui hęc salua esse voluerunt, ipsis esse saluis. Nolite Iud. existimare eos, quibus integrũ est, qui nondũ ad honores accesserũt, nõ expectare huius exitũ iudicii. Si L. Flacco tãtus amor in bonos omnes tantum in Rẽp. studiũ, calamitati fuerit, quẽ posthac tam amẽtem fore putatis, qui nõ illã viã vitæ, quã ante pręcipitẽ & lubricam esse ducebat, huic planæ & stabili pręponẽdã esse arbitretur? Q; si taliũ ciuiũ vos Iud. tædet, ostendite. Mutabunt sententiã, qui potuerint: cõstituent quid agãt, quibus integrũ est. Nos qui iã progressi sumus, hunc exitũ nostræ temeritatis feremus: sin hoc animo q̃plurimos esse vultis, declarabitis hoc iudicio, quid sentiatis. Huic, huic misero puero, vestro ac liberorũ vestrorum supplici Iudices hoc iudicio viuẽdi præcepta dabitis: cui si patrẽ conser-

Integrum est.

uatis, qualis ipse debeat esse ciuis, præscribetis. Si eri pitis, ostenditis bonę rationi & cõstanti & graui nullum a vobis fructũ esse propositũ. Qui vos quoniam est id ætatis, vt sensum iam percipere possit ex mœrore patrio, auxiliũ nondũ patri ferre possit, orat ne suũ luctũ patris lachrymis, patris mœrorẽ suo fletu augeatis: qui etiam me intuetur, me vultu appellat, meam quodammodo flens fidem implorat, ac repetit eam, quam ego patri suo quondam pro salute patriæ spoponderim, dignitatem. Miseremini familiæ Iudices, miseremini fortissimi patris, miseremini filii: nomen clarissimum & fortissimum, vel generis, vel vetustatis, vel hominis causa, Reip. reseruate.

Qui hanc in Republica sectam sequatur) id est qui magistratum gerere cupiat. Qui vobis) Sensus postulare videtur, vt quin non qui legatur & postea, quin optimi. Expeditionem) id est breuiorem & faciliorem. Sint eorum) qui hãc in Rep. sectam sequuntur. Liceat ijs &c.) Vt mihi & Flacco. Quibus integrum est) id est qui magistratus nec gesserunt, nec petiuerunt. Calamitati fuerit) vt condẽnetur. Esse arbitretur) Esse non arbitretur mihi legendum esse videtur, aut viam vitę præcipitem & lubricam appellat, quæ sine magistratu agitur: & stabilem, quę cum magistratu. Qui potuerint) id est qui magistratum nondum gesserint. Hoc animo) vt gerant magistratus. Huic misero puero) Ad mouẽdos affectus Flacci filium puerum producit. Bonæ rationi) id est honestę vitę. Vt contra Metellus Numidicus dixit authore Gellio capite. vi. libri primi. Quid, inquit, nos a diis immortalibus diutius expectemus, nisi malis rationibus finem facimus? Ne suum luctum) Instructum fuisse hunc puerum significat, vt in peroratione lugeret. Id quam circunspecte faciendum sit, Quintilianus libro sexto scribit. Familię) Valeriæ.

Ratio bona & mala.

FINIS

Sub prelo Ascensiano sub Idus Iunias. 1531.
Cũ gratia & priuilegio prima charta declaratis.

WBP Opole

24291